

GALVANO FIAMMA, «CRONICA UNIVERSALIS»  
(LIBRO II)

Edizione critica a cura di Federica Favero

Il secondo libro della *Cronica universalis*, che comprende 123 capitoli, prende avvio continuando il racconto – iniziato nel libro precedente – della vita di Noè fino alla sua morte, racconto che fornisce l’impalcatura per la narrazione dei fatti della storia profana dall’impero assiro al regno dell’egiziano Alis.

Per l’edizione del testo si sono seguiti i criteri già segnalati nell’Introduzione al libro I (cui rimandiamo). Rispetto a questi, si è deciso di correggere – segnalando in apparato l’intervento – alcune grafie aberranti imputabili al copista, ma che potrebbero apparire come errori di disattenzione dell’editore.

Come già nell’edizione del libro III, poi, si è deciso di non quantificare gli spazi (segnalati con <<...>> nel testo) lasciati vuoti dal copista del codice che ci tramanda l’opera in corrispondenza di numerali, per evitare il rischio di proporre soluzioni arbitrarie. Allo stesso modo si è preferito indicare solo il cambio di foglio, rinunciando a indicare anche quello di colonna. In presenza di figure estese su tutto il foglio, infatti, l’indicazione delle colonne avrebbe comportato difficoltà di resa. Le figure – costituite da alberi genealogici – sono state riportate al termine dell’edizione, per evitare la frammentazione del testo e alcune problematiche di impaginazione, come già esposto nell’Introduzione al libro III (cui si rimanda).

Il secondo libro non presenta difficoltà o errori nella numerazione dei capitoli: si è pertanto deciso di conservare la numerazione del codice, preferendo non assegnare un numero ai brani indicati con la rubricatura *In margine* (ve n’è uno al termine del capitolo 99) in quanto parte

dei materiali provvisori di Galvano e in seguito sistemati redazionalmente dal copista di B<sup>1</sup>.

Qualche parola meritano alcuni casi che ci offrono tracce del processo redazionale dell'opera. Il primo di questi è costituito dall'albero genealogico di Iperione che segue il capitolo 99 (Figura 6). A fianco del nome di Fetonte, infatti, compare un'indicazione che rimanda a un capitolo del secondo libro di cui non è riportato il numero e che invita a *ponere hic* il racconto delle sue vicende, mentre un'ulteriore nota accompagna il nome di Latona: «Latona et cetera: de qua dicitur: "Genita tytanide Ceo Latona preferre michi"». Se nel caso di Fetonte – ma simile è quanto si verifica anche nello schema che ripercorre la genealogia di Iaphet (Figura 9) – si ha un rimando a determinati capitoli, quasi che Galvano avesse annotato la distribuzione interna al libro degli argomenti per ragioni compositive e il copista avesse fedelmente tramandato quelle note, l'appunto su Latona è forse più interessante, in quanto ci consegna una citazione ovidiana (*Met.* VI 185–186: *nescio quoque audete satam Titanida Coeo / Latonam praeferre mihi*) che probabilmente il Fiamma aveva intenzione di inserire nella narrazione e che, però, non ha mai utilizzato: nel testo non compare, così come non si dedica a Latona uno specifico spazio nel libro.

Interessante è anche quello che si verifica al capitolo CXI. Narrando le vicende di Semiramide e del figliastro Trabeta, Galvano scrive che «Hec, cum vidisset Trabetam privignum suum velle regnare, insidias mortis ei undique paravit; quam fugiens cum magno exercitu intravit inde in Alamaniam perrexit ibique civitatem construxit quam ex suo nomine Treverim nominavit, que est civitas Gallie Belgice». L'insostenibile *intravit inde in Alamaniam perrexit* (conservato a testo) denuncia una doppia lezione attribuibile a Galvano stesso che avrebbe scritto prima *intravit inde in Alamaniam* e poi avrebbe preferito optare per *inde in Alamaniam perrexit* senza eliminare la prima soluzione, situazione fedelmente tramandata dal copista.

1. Si veda P. Chiesa, «*Ystorie Bible omnium sunt cronicarum fundamenta fortissima*». *La Cronica universalis di Galvano Fiamma* (ms. New York, collezione privata), «Buletto dell'Istituto Storico Italiano per il Medio Evo» 118 (2016), pp. 190–91.

Anche per il secondo libro le operazioni di edizione hanno avuto origine dalla trascrizione dell'unico testimone dell'opera effettuata all'interno di un progetto didattico del Dipartimento di Studi Letterari, Filologici e Linguistici dell'Università degli Studi di Milano. In particolare, si sono dedicati al libro in questione Vittorio Fiore e Valentina Vavalà.

Ringrazio Paolo Chiesa per i preziosi suggerimenti e Rossana Guglielmetti per l'aiuto nell'impaginazione del testo.

(f. 160r) INCIPIT LIBER SECUNDUS

I. CAPITULUM QUOD NOE PLANTAVIT VINEAM UBI POSUIT SANGUINEM  
QUATUOR ANIMALIUM

Dilluvii sive etatis secunde anno secundo, mundi anno MVI<sup>C</sup>LVIII, Noe  
magnus mundi imperator cum tribus filiis suis cepit collere terram, et ani- 5  
malia que salvata fuerant in archa mi- // (f. 160v) -sit ad pasqua.

Cum autem hircus in monte quodam, qui dicitur Coricus, lambruscas  
pasceret, inebriatus alia animalia cornibus et pedibus conturbabat. Tunc  
Noe, lambrusche virtute cognita, ipsam inseruit addens sanguinem leonis et  
sanguinem porci et sanguinem agni et sanguinem symie, dans intelligere 10  
quod vinum facit hominem hebrum secundum naturas quatuor anima-  
lium: aut est similis leoni in furia, aut porco in inmonditia, aut agno in sci-  
lento, aut symie in aliorum derisione.

Tunc, cum lambrusca fecisset uvas, Noe bibit vinum et inebriatus est et,  
incidens in naturam agni, dormivit et totus nudus super terram iacuit et vir- 15  
ilia discooperuit. Quod videns Cam qui et Zoroastres patrem derrisit et  
alios duos fratres suos ad derridendum convocavit; qui, cohoperientes  
patrem cum magna reverentia, ipsum dormire permiserunt. Vicentius dicit  
quod ista ebrietas facta fuit anno quo natus fuit Arphasath.

2. QUOD NOE MALEDIXIT CAM, QUI FUIT IMPERATOR AFRICE

Noe de sompno evigilans, cognito quid fecerit ei Cam filius eius, eius  
proli maledixit dicens: «Filiis tui erunt servi filiorum Sem fratris». Et hoc fuit  
completum quando Cananei, qui descenderant de Cam, servierunt Iudeis, 5  
qui nati sunt de Sem. Et optinuit Cam Affricam, que ponitur pro tertia par-  
te mundi. Et de ipso nati sunt Bachometus et Salladinus et Sarraceni et  
ipsorum soldani, qui sunt viri maledicti.

Iosephus dicit et refert Magister quod filii Cam optinuerunt terras a pro-  
vincia Siria et a montibus Lybano et Aman, et quecumque ad mare sunt

I - 7. autem : aute B

10       posite, apprehendentes etiam eas que usque ad mare Oceanum sunt et proprias fatientes appellationes. Texuntur autem de Cham XXX generationes.

3. QUOD NOE BENEDIXIT FILIUM SUUM SEM, QUI FUIT IMPERATOR ASIE

Item Noe benedixit filium suum primogenitum, qui dictus est Sem vel Melchisedech, et ait: «Deus Pater benedicat Sem, cuius portio in terra erit Asia, que est medietas mundi habitabilis, et generatio <Cham> serviet  
5       filiis Sem», quod est expositum supra. Et vere semen Sem fuit benedictum, quia de ipso nata est beata Virgo et Christus et apostoli et evangeliste et alii discipuli Yhesu Christi.

Iosephus dicit et refert Magister quod filii Sem habitant usque ad mare seorsum Asyam ab Eufrate fatientes initium. Texuntur autem de Sem  
10       XXVII generationes.

4. QUOD NOE BENEDIXIT FILIO SUO IAPHETH, QUI FUIT IMPERATOR EUROPE ET ASIE

Item Noe benedixit alium filium suum, qui dictus est Iapheth sive Ianus bifrons (sicut supradictum est), et ait illi: «Tu vocaris Iapheth – quod interpretatur ‘latitudo’ – et Deus dillatabit dominium filiorum tuorum, quia tu  
5       dominaberis in Europa, que ponitur pro tertia parte mundi, et de te nascentur populi Romani, qui erunt domini mundi totius, et similiter nascentur summi pontifices romani, qui erunt domini totius mundi. Et filii Cam servient filiis tuis»; quod tunc fuit adimpletum quando Romani superaverunt Carthaginem et totam Affricam subiugaverunt. Item dixit:  
10       «Filii tui habitabunt in tabernaculis Sem»; quod fuit adimpletum quando Romani optinuerunt Yerusalem, que fuit spetialis portio Sem. // (f. 161r)

Iosephus dicit et refert Magister quod filii Iapheth tenuerunt septentrionalem regionem a montibus Tauro et Aman, qui sunt in Cilitia et Syria, usque ad flumen Thanay. Texuntur de Iapheth XV generationes.  
15       Omnes autem generationes filiorum Noe LXVII.

Vel sic exponitur: «Dillatet Dominus dominium filiorum tuorum», quod fuit adimpletum, secundum quod dicit Iosephus, quando Iapheth accepit in sortem non solum Europam sed etiam Asiam in parte que fuit portio Sem,  
20       et sic habitavit in tabernaculis Sem. Unde ipse possedit a monte Caucaso,

3 - 4. Cham *supplevi*   4 - 18. quando : quod B

qui est in Asia vel in India, usque ad flumen Thanay. Unde in libro qui dicitur Mappa Mundi habetur quod Iapheth versus Aquilonem, super flumen Thanay, construxit civitatem que dicitur Collisina.

Et <de> ipso Iapheth nati sunt Scithe et Gothi, de quibus dicit Methodius et refert Benzius quod isti homines comedebant homines mortuos et serpentes et mures et pueros abortivos. Et dicuntur isti populi Gog et Magog: quos in processu temporis inclusit inter montes versus Aquilonem Magnus Alexander, ut infra dicitur. 25

#### 5. DE IONITHO FILIO QUARTO NOE

Item Noe, cum vixisset post dilluvium annis CCCL, genuit alium filium qui dictus est Ionithus. Isti non dedit pater partes, sed fecit ei donationes terre Ethan que dicitur Regio Solis, iuxta mare ultra Equinoctialem.

#### 6. DE GENERATIONIBUS ARSAPHATH FILII SEM

Nunc per ordinem de cunctis generationibus Noe dicamus. Noe magnus mundi imperator habitabat in civitate Thammon, secundum Methodium, ubi regnavit annis fere CC. Et dicit Augustinus in libro XVI De Civitate Dei quod tres filii Noe habuerunt numerosas familias, dignas nomine gentium. 5

Primogenitus filius Noe, dictus Sem sive Melchisedech, dominus et imperator Asie et Orientis, ex uxore sua dicta Parsia anno secundo post dilluvium genuit filium qui dictus est Arphasath. Deinde in Asia in provincia Syrie construxit civitatem quam ex suo nomine appellavit Salem (que nunc dicitur Ierusalem), ubi factus rex et sacerdos Dei altissimi regnavit annis <<...>>. 10

Filius eius Arphasath supradictus, qui secundum Iosephum genuit populos qui dicti sunt Arphasei (qui nunc dicuntur Caldei) et regnavit super Caldeos in provincia dicta Babilonia (est provincia dicta Caldea in qua primo inventa est astronomia). De isto Arphasath nata est beata Virgo et Christus et apostoli. 15

Et genuit filium qui dictus est Sale, qui in Lucha, secundum translationem LXX, dicitur Caynam. Hic Sale condidit civitatem et ex suo nomine

24. de *supplevi* 6 - 12. *spatium vacuum relictum (fere 7 litterarum) in B* 18-  
19. translationem : translatione *B*

20 appellavit Sale, que postea dicta est Ierusalem. Iste Sale sive Caynam genuit tre filios, scilicet Phalech, de quo per multas intermedias generationes natus est Habraam. Alter filius dictus Ietran, de quo natus est Heber a quo Hebrei sunt numcupati. Tertius filius dictus est Ierari, de quo natus est filius qui dictus est Nembroth, qui cognominatus est Demorgegon.

7. DE ALIO FILIO SEM QUI DICTUS EST ASUR SIVE ASYASYR, IMPERATOR ASYRIORUM

Item Sem qui et Melchisedech rex Ierusalem ex regina Parsia genuit alium filium, qui dictus est Asur sive Asyisir. De quo dicit Agusti-// (f. 5 161v) -nus (libro XVIII De Civitate Dei) quod de ipso nati sunt populi qui ex eius nomine dicti sunt Asirii, et iste fuit primus rex Asiriorum. Ex quo patet quod imperium Asyriorum cepit ex filiis Sem, ubi postea regnavit Nembroth, postea Bellus, postea Ninus, postea Semyramis et cetera. Unde dicit Ymago quod in India est provintia dicta Asyria, <ab> Asyisir filio Sem sicut dicta, qui primus habitavit.

8. DE ALIIS FILIIS SEM, SCILICET LYD, HYRON ET ARAM

Item Sem rex Yerusalem genuit filium qui dictus est Elam. De isto nati sunt populi qui ex ipsius nomine dicti sunt Elamite, principes Persarum, et sunt in Asia. Item Sem genuit filium qui dictus est Lyd, quem Ysidorus appellat Lud. Iste genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Lydi sive Ladii. Ymago dicit: «In Asia est provintia dicta Lydia, a Lydo rege fratre Tyreni nuncupata». Item secundum Methodium Sem rex Yerusalem genuit filium qui dictus est Hyron, qui genuit filium qui dictus est Nembroth. Item Sem rex Yerusalem genuit filium qui dictus est Aram, qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Aramei sive Syrii. Unde Ymago: «In Asia est provintia dicta Syria, a quodam Syro rege numcupata, in qua sunt civitates scilicet Damascus et Anthiochia».

Ex his manifeste colligitur quod omnes filii Sem in sola Asya, que erat portio patris, regna et habitationes sibi vindicaverunt. Lyd supradictus genuit filium qui dictus est Pharo qui fuit rex Egipti, a quo cuncti eius successores dicti sunt Pharones.

7 - 9. ab *supplevi* 8 - 4. sunt : est *B*

## 9. DE ARAM ET QUATUOR FILIIS EIUS

Aram filius Sem quatuor filios genuit. Primus dictus est Hus, qui instituit Traconitidem regionem in provintia Asya et civitatem Damascum. Item Aram genuit filium qui dictus est Ul sive Ocrus, qui Armeniam incoluit quando Noe avus suus ipsam dereliquit. Unde dicit Ymago quod in Asya est provintia dicta Armenia, de qua dictum est supra. Item Aram genuit filium qui dictus est Gether: hic provintiam dictam Bactriam incolluit. Unde dicit Ymago quod in Asia est provintia dicta Bactria, a Bacto flumine nuncupata. In hac regnabat Cam quando Ninus ipsum interfecit. Item Aram genuit filium qui dictus est Yetran, qui regnavit super filios Sem quando fuit constructa turris Babel. Item Aram filius Sem genuit filium qui dictus est Mes, qui genuit populos qui ex ipsius nomine dicti sunt Mesani. Ista provintia nunc dicitur Aray, et omnes supradicte provintie sunt in Asia.

## 10. GENERATIO CAM QUI DICTUS EST ZOROASTRES

Cam qui et Zoroastres filius Noe, Africam portionem suam non ingressus sed aliena usurpans, Europam portionem Iapheth fratris sui ingressus, provintiam Scithiam incolluit. Qui inde expulsus cum multitudine Scitharum, Asiam portionem alterius fratris sui Sem ingressus, provintiam Bactriam possedit. Et dicit Iustinus de isto regno quod fuit imperium potentissimum, habens plus quam mille civitates. Ibi generantur optimi cameli, qui numquam pedes atterunt et C annis vivunt.

Fuit autem ingressus iste Cam provintiam Bactriam anno etatis Habrae VIII<sup>o</sup>, ubi factus rex regnavit annis quatuor. Quem Ninus imperator Assyriorum, qui // (*f. 162r*) totam Asyam perdomuit, in bello interfecit, omnes eius libros maycos combusit, sicut dicunt Agustinus, Trochus, Ysidorus, Orosius. Clemens tamen videtur dicere quod dyabolus eum suffocavit, cui sepius molestus fuerat. Huic tamquam Dei amico populus provintie Bactrie construxit sepulcrum, quod est vehiculum fulminis ad celum sublevatum. Hic dictus Zorostres, id est ‘vivens astrorum’.

9 - 8. a Bacto *iuxta Honorii Imaginem (I 19)* : ab acto *B* 12. filium *scripsit B*  
 a.c. post genuit, *B p.c. expunxit* 10 - 10. quem : qui *B* 15. vehiculum : vehiculo *B*



## II. DE FILIIS CAM

Cam qui et Zorastres filius Noe de uxore sua dicta Carflua genuit quatuor filios, secundum Clementem libro primo. Cham genuit filium qui dictus est Aram, qui fuit principium generationis Egiptiorum et Babilonorum et Persarum, quem pater eius Cam artem maycam docuit. Primus dictus est Chus, qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Cursei, qui nunc dicuntur Ethyopes. Unde dicit Ymago mundi quod in Affrica, que fuit portio Cam, versus Meridiem est provintia dicta Etiopia, ab ethera dicta: una est in Oriente, altera est in Occidente. Item hic Chus rex Ethiopie, sicut habetur in Genesis X<sup>o</sup>, genuit filium qui dictus est Nembroth, qui fuit gygas X cubitorum et principalis fundator turris Babel.

Secundus filius Cam dictus est Mesaraym, qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Mersey, qui nunc dicuntur Egiptii. Ex quo patet quod iste extra portionem patris sui regnum accepit. Unde dicit Ymago quod in Asia est provintia dicta Egiptus.

Alter filius Cam dictus est Phuth, qui genuit in Africa populos qui dicti sunt Lybii, et provintia dicta est Libia. Unde dicit Ymago: «In Africa est provintia dicta Lybia, a regina eiusdem nominis sic dicta, unde mare Lybicum nomen accepit». Item Cham genuit filium qui dictus est Yebus, de quo nati sunt populi dicti Iebusei, qui civitatem Ierusalem ex suo nomine vocaverunt Iebus.

Alter filius Cam dictus est Canaam sive Cananeus, qui genuit populos qui dicti sunt Cananei et provintia dicta est Canaam, que nunc dicitur Iudea. Unde dicit Ymago quod provintia Iudea prius dicta fuit Canaam, a Canaam filio Cham. Ex quo patet quod et iste extra portionem patris sui regnum usurpavit. Hic Canaam filius Cham genuit XI filios, ex quibus quatuor fuerunt magis nominati. Unus dictus est Sydon, qui in Asia construxit civitatem quam ex suo nomine vocavit Sydonem. Unde dicit Ymago quod in Asia, in provintia Phenicea, constructa est civitas dicta Sydon. Alter filius Canaam dictus est Aracheus, qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Archades, et regnum dictum est regnum Archadum. Et est istud regnum in Asya positum, ut dicunt actores. Alter filius Canaam dictus est Syneus; hic instituit Synochym. Alter filius Canaam <...> qui instituit in Yudea castrum quod dicitur Aradium. Et de istis quatuor filiis

II - 8. ethera : recte Ethan iuxta Honorii Imaginem (I 33)    II. X, recte XII

Canaan dicit Brocardus quod usque hodie apud opidum Aradium sunt 35  
 quatuor sepulture ipsorum, et ibi sunt lapides marmorei habentes singuli  
 XX pedes magnitudinis. Item iste Canaam genuit alios VII filios, scilicet  
 Eveum, Etheum, Gebuseum, Amorem et Gereseum, Amarithem et  
 Amatheum. De quibus nichil aliud invenitur nisi quod Hebrei ipsorum ci-  
 vitates destruxerunt. 40

Benzius in Cronicis dicit quod Amatheus filius Canaam genuit populos  
 qui ex eius nomine dicti sunt Amathe; <...> que nunc dicitur Epifania.  
 Item Armideus possedit insulam que ex ipsius nomine dicta est Aradea.  
 Item Eruceus tenuit arcem // (f. 162v) que est in Lymbatio. Alter filius  
 Canaam dictus Thanaus possedit terram Phylistinorum. Et omnes iste pro- 45  
 vintie supradicte et regna sunt posita in Asia, que fuit portio Sem.

#### 12. DE NEMBROTH GIGANTE XII CUBITORUM ET XI FILIIS EIUS

Item Chus supradictus, filius Cham qui regnavit in Ethiopia (sicut  
habetur Genesis capitulo X<sup>o</sup>), genuit filium qui dictus est Nembroth, qui  
 cepit homines oprimere et sue servituti subiugare, eo quod esset fortissimus  
 et gygas, habens X cubitos magnitudinis. Et dicit Methodius quod ipse fuit 5  
 primus imperator Asyriorum et principium totius militie mundi et omnis  
 nobilitatis.

Hic, anno C primo post dilluvium, anno scilicet nativitatis Phalech,  
 secundum Papiam turrim Babel construxit. Ipse genuit XI filios, sicut dicit  
Gothofredus Viterbiensis in Cronicis. Primogenitus filius Nembroth, secun- 10  
 dum quod dicit Ymago, dictus est Asyasyr, qui regnavit in Syria et fuit pater  
 Belli imperatoris Asyriorum. Primogenitus dictus est Belus, qui fuit impe-  
 rator Asyriorum et pater Nini, sicut infra dicitur. Et fuit alter Bellus, rex in  
 insulla Creta. Secundogenitus filius Nembroth dictus est Cameses. Qui, 15  
 secundum Estodium et Graphiam Urbis Auree, primo intravit Ytalia que  
 fuit portio Yapheth et construxit in Ytalia civitatem quam ex suo nomine  
 Camesen apellavit, que postea dicta fuit Roma. Tertiogenitus filius Nem-  
 broth dictus est Ytalus Iullius, qui primo insulam Siciliam in Ytalia incolluit,  
 ex cuius nomine Ytalia dicta fuit, que postea toti provintie suum nomen  
 acomodavit. 20

11 - 44. *an Lymbano legendum?* : recte Lybano iuxta *Bentium* (I 13) 12 - 5. X,  
 recte XII 9. turrim : turris B 18. in *add. B post primo* : *expunxi*

Ex aliis filiis Nembroth, secundum Benziū in Cronicis, nati sunt populi qui dicti sunt Phylistei, Amorei, Iebusei, Ferezei, Evei et Ethei. Item Nembroth genuit alium filium qui dictus est Pontipus, qui post ipsum imperavit in Babilonia.

### 13. DE CHUS ET V FILIIS EIUS

Item Chus supradictus, filius Cham qui genuit Nembroth, habuit quinque alios filios. Primus dictus est Sabas, qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Sabei. Unde Ymago dicit quod in Asya est provintia dicta Sabbea, a Sabba filio Chus denominata. Secundus dictus est Evilas, qui in Africa genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Evilei, qui postea dicti sunt Getuli. Unde dicit Ysidorus quod Gethuli habitant in finibus Africe in heremis. Et Ymago dicit quod in Africa post Carthaginem est provintia dicta Gethulia. Alter filius Chus dictus est Sabbath qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Sabatheï sive Astrabathes. Item genuit filium qui dictus est Regina, qui genuit populos qui ex ipsius nomine dicti sunt Ramei. Iste Regina filius Chus genuit duos filios, scilicet Sabba et Dadan. Item secundum Ysidorum alium filium genuit Chus, qui dictus est Cuza. Item Chus genuit alium filium, qui dictus est Sabbagatha. Et isti filii Chus, scilicet Regina, Sabba et Cuza, paulatim sua perdiderunt nomina.

### 14. DE IAPHETH ET VIII FILIIS EIUS

Tertiogenitus filius Noe dictus est Yapheth sive Ianus Byfrons, sicut supra dictum est eodem libro capitulo <<...>>. Iste, ante dilluvium genitus per annos LXXX, duxit uxorem que dicta est Magnetia. Et post dilluvium accepit in sortem Europam. Et dicunt Yosephus et Magister in Ystoriis quod preter // (*f. 163r*) Europam accepit magnam partem Asye, incipiendo a flumine Thanai (quod est inter Europam et Asiam) usque ad montem Thaurum, et vicinum Cilitie et Syrie. In Europa vero a flumine Thanay usque in Gadita. De dominio Yapheth habitu est supra capitulo 4<sup>o</sup>. Ipse factus rex Europe genuit ex regina Magnetia VI filios.

Primus dictus est Gomer, qui in Asia genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Gomarite sive Garnei, qui nunc dicuntur Galathe; quibus Apostolus scripsit epistolam que dicitur Ad Galatas. Alius filius Iapheth dic-

13 - I. filiis : filius B    10. filium : filius B    11. Regina, recte Regma

tus Magog genuit in finibus Europe versus Aquilonem populos qui ex eius nomine dicti sunt Magog, qui nunc dicuntur Scithe. Unde dicit Ymago: «A Thanay fluvio in Europa est provincia dicta Scithia Inferior, que versus Meridiem usque ad Danubium, fluvium Alamanie, porrigitur». 15

Item Iapheth genuit filium qui dictus est Maday, qui genuit populos Medos. Unde dicit Ymago quod in Asia est provincia dicta Media a Medo sive Maday rege constructa, qui civitatem construens Mediam nominavit, que toti provincie nomen suum acomodavit. 20

Item Iapheth genuit filium qui dictus est Iavan, qui genuit populos quos appellavit Ionitos sive Helacides. Unde dicit Ymago quod in Europa est provincia dicta Ionia, a fonte Aoni Muis consecrato. Item iste Iavan filius Yapheth genuit populos qui dicti sunt Iobelei sive Yberes. 25

Item Iapheth genuit alium filium qui dictus est Mosech, qui genuit populos qui dicti sunt Moschini sive Capadoces. Unde in Capadotia provincia usque hodie apparet civitas dicta Moza.

Item Iapheth genuit alium filium qui dictus est Tyras, qui genuit populos qui dicti sunt Tyrenses. Unde dicit Ymago quod in Europa est provincia dicta Tratia, a Tyrax filio Iapheth numcupata. Hec habet fluvium Ebrium et civitatem Costantinopolim. 30

Item Iaphet, secundum Iosephum, duos alios genuit filios: unus dictus est Medeus, alter dictus est Ianus qui, propter corporis magnitudinem, dictus est Ianus Bicornoreus. Hic iuxta Romam civitatem in monte construxit quam ex suo nomine Ianiculum appellavit, usque in hodiernum diem. Et de isto Iano dicit Estodius et Liber qui dicitur Graphia quod Noe intravit Ytaliam cum Iano filio Iapheth. 35

#### 15. DE IANO BICORPOREO ET QUATUOR FILIIS EIUS

Iste Ianus Bicornoreus filius Iapheth genuit quatuor filios. Primus dictus est Elysa, qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Elysei sive Eloy, et sunt in provincia dicta Thesalia. Unde dicit Ymago quod in Europa est provincia dicta Thesalia, a rege Thesalo denominata. De isto Elysa est natus filius qui dictus est Ianus Quirinus, qui post avum suum Ianum Bicornoreum in Ytalia regnavit, sicut dicit Benzius in Cronicis. 5

Item Ianus Bicornoreus genuit alium filium qui dictus est Tarsis qui con-

15 - 4-5. est provincia *bis scripsit B*

10 didit Tarsum, civitatem magnam. Unde dicit Ymago quod in Asia est civitas dicta Tarsus, apostoli Pauli inhabitatione gloriosa; hanc civitatem Perseus amplificavit. Item Ianus Bycorporeus genuit alium filium qui dictus est Cethym, qui insulam incolluit quam ex suo nomine Cethym appellavit, que nunc dicitur Cyprus. Unde dicit Ymago quod insula Cyprus dicta est a Cypro rege, qui postea ipsam innovavit. In hac insula est civitas // (f. 163v)  
15 dicta Panfus, que toti insule nomen dedit.

#### 16. DE GOMER FILIO IAPHETH ET TRIBUS FILIIS EIUS

Item Gomer supradictus filius Iapheth, rex Galatharum, genuit tres filios. Primus dictus est Asenech, qui genuit populos qui ex eius nomine dicti sunt Aschanazei sive Regini. Item Gomer genuit filium qui dictus est Riphath,  
5 qui genuit populos qui dicti sunt Riphei, id est Paflagones. Alter filius Gomer dictus est Tygram qui et Tomogora, qui genuit populos qui dicti sunt Tagramates, id est Friges. Unde dicit Ymago quod in Asia est provintia dicta Phrigia, a filia regine Europe que dicta est Frigia denominata. Item genuit filium qui dictus est Thanau, a quo flumen Tanay nomen accepit.

#### 17. DE THUBAL FILIO YAPHETH ET FILIIS EIUS

Item Iapheth genuit alium filium qui dictus est Thubal. Hic, secundum Ysidorum, genuit populos Yspanie et populos Ytalie. Et Sycardus dicit in Cronicis quod Thubal genuit Ybres (qui sunt Yspani) et Ytali. Hic Tubal  
5 genuit filium qui dictus est Sufene, qui regnavit super filios Iapheth tempore quo construebatur turris Babel. Item hic Tubal genuit filium qui dictus est Subres Ianus, unde fuit bynominus. Et ideo dicit Papias: «Mensis Ianuarius dicitur a Iano (sive Subre) eo quod sit ianua anni». Hic Ianus Subres in Ytalia construxit civitatem quam ex suo nomine Subriam nominavit, que nunc dicitur Mediolanum.  
10

#### 18. DE QUODAM ALIO NEMBROTH QUI DICTUS EST DEMORGECON

Item Ierhari filius Sale filii Arsaphath filii Sem genuit filium qui dictus est Nembroth, sicut supra dictum est eodem libro capitulo VI. Hic Nembroth non fuit ille gygas XII cubitorum, sed fuit dictus Nembroth Demorgegon qui fuit primus omnium deorum. Iste genuit filium qui dictus est  
5 Cres, primus rex Cretensis. Cres genuit Celium. Celius genuit Saturnum

qui secundum Estodium dictus est Nembroth. Hic genuit Iovem regem Grecorum. Iupiter genuit Dardanum, a quo Dardania. Dardanus genuit et cetera, sicut patet in figura que habetur infra eodem libro capitulo XXVII.

19. EPYLOGUS OMNIUM PREDICTORUM

Hec autem que dicta sunt de generationibus Noe et quatuor filiorum eius extracta sunt de textu Bible in libro Genesis et glosarum eius. Item ex dictis Magistri in Ystoriis et Vicentii in Speculo et Orosii et Ysidori et Eustodii, et ex Graphia Auree Urbis et Iosepho et Gothofredo Viterbiensi episcopo et Sycardo episcopo Cremonensi et Benzio Alexandrino, et ex multis aliis ystoriis et ex dictis Doctorum Ecclesie: Agustino, Ieronimo et Thoma de Aquino.

20. INCIPIT ITERUM YSTORIA DE NOE; ET QUOD SEM FUIT IMPERATOR ASYRIORUM

Postquam breviter perstrinximus ystorias et geanologias Noe et filiorum eius, nunc de ipsorum imperiis et regnis et quando inceperunt regnare et quanto tempore dicendum evenit. Et istud declarabit omnes ystorias subsequentes in toto isto libro, quia omnes fere auctores confuse et indistincte locuti sunt de his que facta fuerunt tempore dilluvii.

Nunc ergo, reiterantes que dicta // (f. 164r) sunt supra, incipiamus ab ipso Noe imperatore mundi, presubponentes que de ipso dicta sunt super eodem libro capitulo primo, ubi dictum est de sacrificio et de vinea et de maleditione Cham et benedictionibus Sem et Iapheth, et quomodo Noe habitavit in civitate Thammon (quod interpretatur 'octo') que est in provincia Armenia, et quomodo istud fuit primum regnum quod fuerit in mundo post dilluvium, sicut habetur libro primo capitulo LXXXVIII.

Tunc temporis cum habitaret Noe in civitate Thammon in provincia Armenia cum uxore sua et filiis et filiis filiorum suorum et cunctis animalibus et avibus que de archa fuerunt educta, et quia ipsis Deus virtute divina dederat virtutem multiplicandi et crescendi ut terra repletur habitatoribus, tres filii Noe (scilicet Sem, Cham et Iapheth) secundum quod dicit Iosephus derelinquentes montana ceperunt habitare in campestribus et ascendentes per diversos montes, ubi homines aliqui fuerant a dilluvio sal-

20 - 9. presubponentes : per subponentes *B*

vati (ut supra dictum est libro primo capitulo LXXXI), ipsos homines multum timentes ne iterum dilluvium inundaret ad planum descendere coegerunt in campum Senaar, ut ibi facerent habitationem vel factam ante dilluvium de novo inhabitarent vel hedificarent. Hec Iosephus et refert Benzius in Cronicis.

Que autem fuerit ista civitas et quo nomine vocaretur non inveni, sed aliqui voluerunt dicere quod fuerunt turres multe nimis. Unde dicit Miletus in Cronicis et refert Benzius quod mille milia turrium ponuntur pro una turre dicta Babel, vel una turris Babel ponitur pro mille milibus turribus. Ubi notavit glosator quod in campo Senaar primo fuerunt facte multe turres statim post dilluvium, et in eodem loco post dilluvium per CII annos facta fuerit turris Babel. Et quia campus dictus campus Senaar est in Assyria, ideo videtur quod imperium Assyriorum statim post dilluvium inchoavit. Et quia est in Asia, que fuit portio Sem, ideo dicendum est quod Sem fuit primus imperator Assyriorum, cui successit in regno Asur vel Asyasyr filius eius, ex cuius nomine illud regnum dicitur regnum Assyriorum. Quod bene notavit Agustinus, libro XVIII De Civitate Dei, ubi <dicitur> quod imperium Assyriorum incipit de Sem primogenito Noe. De hoc habetur supra eodem libro capitulo VII<sup>o</sup>.

#### 21. DE SEX RADICIBUS PROBANTIBUS ANTIQUITATES MULTORUM REGNORUM

Imperium Egipti statim post dilluvium fuit magnum et forte nimis. Ad quod probandum, oportet presubponere aliquid de etate Noe. Ubi est sciendum quod Noe, sicut habetur Genesis X capitulo, vixit post dilluvium CCCL annis solaribus. Et dicunt Phylo et Magister et Vicentius et plures alii actores quod Noe antequam moriretur vidit ex se natos (id est de se tantum et de filiis suis) XXIII<sup>M</sup> virorum armatorum et centum plus, exceptis parvulis et mulieribus qui comuniter excedunt viros in septem partibus. Item sic habetur supra libro primo capitulo 68.

Civitas dicta Arbee fuit constructa per gygantes, quam postea incoluit Habraam. Ergo ante Habraam et ante mortem Noe fuerunt gygantes. Item est sciendum quod inter dilluvium et nativitatem Habrae, quod fuit spatium continens etatem secundam, non habuit nisi CCLXXXII annis, sive CCC

20 - 38. dicitur *supplevi*    21 - 4. quod : quem *B*

minus octo. Ergo Noe vixit post nativitatem Habrae annis LVIII, unde 15  
 Habraam erat LVIII annorum quando mortuus fuit Noe. Unde dicit // (f.  
 164v) Iustinus quod Noe, si fuisset in una civitate cum Habraam, alteru-  
 trum potuissent invicem se videre pariter et loqui.

Item est sciendum quod Ninus imperator Asyriorum non vixit post 20  
 nativitatem Habrae nisi X annis. Quod sic probatur, quia Ninus imperavit  
 LII annis et quando natus fuit Habraam imperaverat XLII annis, ergo vixit  
 post nativitatem Habrae annis X tantum. Sed Noe vixit post nativitatem  
 Habrae LVIII annis, ut supra dictum est, ergo Noe vixit post mortem Nini  
 imperatoris XLVIII annis.

Item est sciendum quod Semiramis regina, mortuo Nino viro suo anno 25  
 nativitatis Habrae X, regnavit anni XLII: ergo mortua fuit anno nativitatis  
 Habrae LII. Ipsa imperavit in regno Asyriorum annis XLII, sed Noe vixit  
 post nativitatem Habrae annis LVIII: ergo Semiramis cepit regnare per  
 annos VI antequam Noe moriretur, videlicet anno post dilluvium CCC-  
 XLIIII et anno nativitatis Habrae LII. 30

Item est sciendum quod regina Semyramis uxor Nini imperatoris Asy-  
 riorum secundum quod habetur in libro De geanologia deorum, fuit filia  
 Saturni Belli regis insule Cretensium. Ex quo ergo fuit uxor Nini, oportuit  
 quod Saturno essent contemporanei, et sic Saturnus regnabat tempore Nini  
 generi sui et per consequens tempore Habrae et Noe et Sem et Cham et 35  
 Iapheth.

Item est sciendum et notandum quod Ninus interfecit Cham regem  
 Bactrie. Sed Ninus est mortuus ante Noe per annos XLVIII, ut dictum est:  
 ergo Cham fuit mortuus ante Noe per annos XLIIII, vel id circa.

## 22. DE ANTIQUITATE IMPERII EGIPTIORUM PROPTER DINASTIAS ET REGES

Subpositis igitur predictis omnibus conclusionibus, nunc accedamus ad  
 probandum antiquitatem imperii Egipti. Inter dilluvium et nativitatem  
 Habrae fuerunt CCLXXXII anni solares, sed tempore nativitatis Habrae  
 iam fuerant in Egipto XV dinastie, id est XV imperia sive summe 5  
 potestates. Et dynastia interdum habuit plus quam C annos vel plus, sicut  
 patet de XVI dynastia (que fuit dynastia Theberorum) que duravit a nati-

21 - 28. Habrae : Habraam *B*    34. Saturno : Saturnus *B*    22 - 2. accedamus :  
 accidamus *B*    4. anni : annis *B*



10 vitate Habraee usque ad annum XXX Iacob (quod fuit spatium CLXXXX annorum) et sub sex regibus. Et XVII dynastia duravit annis CIII, que fuit dynastia Pharaonum. Et aliquando fuerunt dinastie habentes XLVIII annos, et sic comuniter – accipiendo medium numerum – dynastia habuit L annos solares. Si ergo ante nativitatem Habraee fuerunt in Egipto XV dinastie, ergo prima dynastia (in qua imperavit secundum Iustinus Amozis) fuit inchoata ante nativitatem Habraee per annos VII<sup>C</sup>L, et per consequens per  
15 annos CCCC ante dilluvium.

Et huic concordat quod dicit Eusebius in Cronicis, quod in Egipto primo regnaverunt heroas, id est dii. Primus dictus est Festus, qui regnavit annis V<sup>C</sup>LXXX. Secundus dictus est heroas Sol, qui regnavit annis LXXII. Tertius dictus est Sosyniris heroas, qui regnavit annis CCCXXX. Quartus dictus est Orrontholiarchus heroas, qui regnavit annis XXVIII. Quintus dictus est Typhon heroas, qui regnavit annis XLV.

Deinde Mitheorum regna sic: Prothaanubos Amosis, primus in numero Mirtheorum regum, regnavit annis LXXXIII, postea Apion regnavit annis LXVII, postea sequitur de nativitate Habraee. Hec sunt verba Eusebii // (*f.*  
25 *165r*) et refert Benzius, ubi agitur de initio regni Egipti.

Si ergo computentur anni supradictorum regum Egipti, erit summa annorum MCCX. Ergo rex Apion regnabat in Egipto quando Habraam fuit natus. Cum ergo inter Habraam et dilluvium non fuerunt nisi CCLXXXXII anni, expresse concluditur quod Festus heroas, primus rex  
30 Egipti, precessit dilluvium per annos VIII<sup>C</sup> vel id circa.

Ex his omnibus manifeste concluditur vel quod multi salvati sunt in dilluvio in partibus Egipti, quia dynastie fuerunt continue in una parte Egipti et in alia parte Egipti reges continue imperaverunt, vel oportet quod dicta actorum reprobentur et omnes cronice, vel oportet dicere quod Deus  
35 miraculose homines post dilluvium multiplicavit, quod nullus posuit.

### 23. DE ANTIQUITATE REGNI EGIPTI PROPTER MULTITUDINEM POPULORUM

Item antiquitas regni Egipti probatur alia via. Dicit enim Mantheon in secundo libro Egiptiacorum Regum et refert Iosephus in libro Contra Apionem, et hoc similiter refert Benzius in Cronicis ubi agit de regno  
5

22 - 11. comuniter *add. B post dynastia : expunxi*

Egipti, quod ante tempora Habraee per annos multos in Egipto erant principes et civitates multe, et quod quidam nomine rex Sualitis, princeps pastorum et villium hominum, egressus de partibus Orientis intravit Egiptum, principes Egipti captivavit, templa deorum evertit, civitates igne et ferro devastavit et capud sui regni in civitate Menphis (id est Damiaata) posuit, et civitatem construxit fortissimam que dicta fuit Eugris in qua posuit pro custodia CCXL<sup>M</sup> virorum, precipue quia timebat imperium Asyriorum. Et regnavit rex Sualitis in Egipto annis XVIIIII. 10

Post quem, Beon Seos annis XLIIII. Postea Apaschas Seos annis XXXVI cum dimedio. Postea Aposis Seos annis LXI. Postea Samias Seos annis L et mense uno. Postea Ases Seos annis XLVIII et mensibus duobus. Et tunc natus est Abraam. Et anno nativitatis Habraee primo rex Alis, qui regnabat in Thebayde Egipti, supervenit cum CCCCLXXX<sup>M</sup> virorum armatorum et expulit illos pastores supradictos et Ases Seos regem ipsorum, de quo iam dictus est. 15 20

Ex his que dicta sunt elytiuntur due conclusiones. Prima est quod pastores cum rege Sualitis intraverunt Egiptum ante nativitatem Habraee per annos CCLXI, quia tot annis regnaverunt in Egipto ante nativitatem Habraee. Sed inter nativitatem Habraee et dilluvium non fuerunt nisi CCLXXXII anni, ut supra dictum est. De quibus si subtrahantur CCLXI, remanebunt nisi XXX et unus annus. Ergo rex Sualitis, de partibus Orientis egressus cum maximo exercitu – quia aliter non potuisset superare Egiptios – intravit Egiptum anno post dilluvium XXXI. Sed si non fuerunt salvati in dilluvio nisi quatuor homines cum uxoribus, quomodo de quatuor hominibus in XXX annis potuerunt nasci tot viri, qui in Egipto constituerent sibi principes et civitates? Et quomodo in XXX annis in Oriente tot homines potuerunt nasci quod ex ipsis fieret ita magnus exercitus qui posset aliorum regna invadere? Certe istud videtur impossibile. Ergo isti homines qui erant tunc temporis in Egipto et illi qui de Oriente sunt egressi ante dilluvium erant nati et in dilluvio non perierunt. 25 30 35

#### 24. DE ANTIQUITATE REGNI EGIPTI PROPTER MULTITUDINEM GENTIUM

// (f. 165v) Alia conclusio est talis, quod tempore nativitatis Habraee, que fuit facta per annos CCLXXXII post dilluvium, in sola Egipto inven-

23 - 31. quomodo : quod B

5 ti sunt ex pastoribus CCXL<sup>M</sup> armatorum, qui fuerunt expulsi de Egipto. Item fuerunt de Thebis CCCCLXXX<sup>M</sup> virorum, qui simul iuncti fuerunt DCCXX<sup>M</sup> virorum.

10 Sed videtur mirabile quomodo in Egipto fuerunt tot homines et quomodo in CCC annis potuerunt nasci tot homines de Noe. Et eodem modo potest dici de aliis provinciis mundi. Ergo oportet dicere quod in diluvio multi per diversas partes mundi sunt salvati, ex quibus supradicte multitudines virorum prodierunt. Vel oportet actores et cronicas negare.

15 Item est notandum quod, quia Noe vixit post nativitatem Habrae LII annis, ut supra dictum est, relinquitur quod omnes illi viri innumerabiles nati erant antequam Noe moriretur. Et quomodo dicunt supradicti actores quod Noe vidit ex se natos XXIII<sup>M</sup> virorum et centum plus – et istud recitant pro magno facto – cum ipse, si fuisset in Egipto tempore nativitatibus Habraee, potuisset videre plus quam septies CXX<sup>M</sup> virorum, nisi forte dicatur non vidisset ex se natos, ymo erant nati ex aliis qui fuerunt ante diluvium salvati?

#### 25. DE ANTIQUITATE IMPERII ASYRIORUM PROPTER BELLA QUE FECIT NINUS IMPERATOR

5 Sicut Egipti, ita et imperium Assiriorum antiquitus fuisse validum et forte nimis demonstratur. Sicut enim supra dictum est, Ninus rex Assiriorum mortuus est post nativitatem Habraee anno X<sup>o</sup>, et vixit Noe post mortem Nini annis XLII. Ipse Ninus imperator regnavit in Asyria in universo annis LII.

10 De quo dicit Orosius quod factus imperator per L annos vitam cruentam et bellicosam duxit. Primo gentes vicinas gladio in servitutem redegit et totam Asiam bellis subiugavit. Et Agustinus dicit non solum Asiam, ymo et Scythiam gladio propulsavit, solis Indis non intulit bellum, quibus exceptis totam Asiam (que est medietas orbis) optinuit. Et anno XLVII imperii sui civitatem Ninivem amplificavit, ut dicit Trochus. Postea Cham regem Bactrie, qui dictus est rex Zoroastres, interfecit. Deinde ex regina Semyramis filium genuit qui ex patris nomine dictus est Ninivas. Et secundum  
15 quod dicit Gothofredus Viterbiensis et recitat Benzius in Gallia Celtica civi-

24 - 4. armatorum : armorum *B*    16. recitant : recitat *B*

tatem Treverensem construxit et moriens uxor eius regnavit pro ipso annis XLII.

Hic est advertendum quod Ninus Orientis partes subiugavit antequam Habraam nasceretur et antequam Noe moriretur. Ex quo datur intelligi quod longe ante mortem Noe in Asia et Bactria et Scithia erant populi multi et reges plurimi. Et sic concluditur quod in Oriente per totum iam erant gentes et civitates et regna et prelia multa, que omnia Noe videre potuit et audire. Item antiquitas imperii Asyriorum in hoc demonstratur, quia ante Ninum imperaverat Bellus pater eius annis XLII, et in Babilonia antequam intraret Asyriam annis XXIII, et ante Bellum imperaverat Nembroth, et ante ipsum Asyasis filius Sem. 20 25

#### 26. DE ANTIQUITATE IMPERII ASYRIORUM PROPTER BELLA SEMYRAMIS

Item Semyramis uxor Nini imperavit in imperio Asyriorum annis XLII. Cepit autem regnare anno 6<sup>o</sup> antequam Noe moriretur, unde Noe mortuus est anno 6<sup>o</sup> regni eius. Ipsa enim Babiloniam instauravit, Ethiopiam servituti sue subiugavit, Indiam perdomuit, in insula Taprobane (que est ultra Equinoctialem in Oriente) intravit et duas civitates condidit, scilicet Melitam et Aragosiam, ut dicit Benzius. Ex his manifeste concluditur quod tempore Noe in Ethiopia et in India erant gentes et reges et civitates quam plurime. Et dicit Iustinus. 5

#### 27. DE ANTIQUITATE REGNI SCITHIE

Et dicit Iustinus capitulo secundo quod ante Ninum multo antiquiores reges fuerunt, et Vizor rex Egipti et Thanaus rex Scithie. De quo dicit Ymagomundi quod cepit regnare ante imperium Asyriorum annis LX.

#### 28. DE ANTIQUITATE REGNI CRETENSIS PER ETATEM SEMYRAMIS

Item ex dictis demonstratur antiquitas regni Cretensis quia, sicut supra dictum est, Saturnus filiam suam dictam Semyramis dedit in uxorem Nino imperatori Asyriorum. Sed ante Saturnum fuit rex Celius, ante Celium fuit Cres, ante Cretem fuit rex Demorgegon. Ergo istud regnum fuit antiquissimum et incepit statim post divisionem linguarum. 5

29. DE ANTIQUITATE REGNI YTALICI PROPTER ADVENTUM NOE ET PROPTER MONTES YMBRIOS

Item antiquitas regni Ytalicæ ex dictis aparet quia Noe per LXXXII annos antequam moriretur intravit Ytaliam, ubi civitatem construxit quam ex suo nomine Noecham appellavit, que postea dicta fuit Laurentia (nunc autem dicitur Sabina). Et dicit Estodius et liber qui dicitur Graphia Auree Urbis et refert Benzius quod in illa civitate fuit sepultus.

Item per aliam rationem antiquitas regni Ytalicæ probatur existisse, quia dicit Ysidorus quod in Ytalia sunt montes dicti Imbrii quia tempore dilluvii superfuerunt aquis. Sed hoc non potuit sciri nisi homines in illis montibus fuerunt salvati, qui hoc narrassent. Quis enim sciret in Ytalia esse montes ad quos aque dilluvii non ascenderunt, nisi aliquis tunc hoc vidisset et aliis narrasset?

30. EXCUSATIO ACTORIS

Que autem de dilluvio dicta et quod multi sunt salvati, nichil dico ex me nec dico asserendo, sed auctorum dicta recitando. Ego autem dico in isto passu et in omnibus aliis passibus istius cronice quod dicunt et tenent ecclesia et doctores ecclesie. Et si contrarium dixi, ego ex nunc retracto et istum librum corrigendum melioribus me et maioribus relinquo. De hoc habetur una questio disputata supra, libro primo capitulo <<...>>.

31. GENERATIO NOE ET FILIORUM EX QUIBUS PRODIERUNT LXXIII FILII ET TOTIDEM FILIE

Reiterantes omnia que superius dicta sunt a tempore dilluvii citra, illo tempore (scilicet post dilluvium) regnum Armenie exortum fuit, ubi regnavit Noe mundi imperator in civitate dicta Thamon. Et anno secundo post dilluvium Sem qui et Melchisedech ex uxore- // (f. 166v) -re sua dicta Parsia genuit filium qui dictus est Arphasath, et filiam. Qui secundum <...> coniunctim nati sunt, ita coniunctim matrimonio fuerunt copulati. Et in quibusdam chronicis habetur quod genuit XXV filios et totidem filias, ex quibus prodierunt XXV matrimonia.

Item secundogenitus filius Noe dictus Cham sive Zoroastres ex uxore sua dicta Carphua genuit filium qui dictus est Chus et filiam, et genuit in

30 - 4. tenent : tenet *B*

universo XVIII filios et totidem filias, ex quibus emanaverunt XVIII matrimonia.

Item alter filius Noe dictus Iapheth sive Ianus Bifrons ex uxore sua dicta Magnetia genuit filium qui ex nomine patris dictus est Ianus Bycorporeus et filiam, et genuit in universo XXX filios et totidem filias, ex quibus facta sunt totidem matrimonia. 15

Fuerunt ergo in universo filii filiorum Noe imperatoris mundi LXXIII et totidem filie. Et quasi herbe pululantes virtute date benedictionis multiplicati sunt et repleverunt terram. 20

### 32. QUOD SEM FUIT PRIMUS REX ASYRIORUM

Dilluvii sive etatis secunde anno XV<sup>o</sup> vel XVIII<sup>o</sup>, Sem qui et Melchisedech in campo Senaar cum duobus fratribus suis et uxoribus et parvulis, prestantibus auxilium hiis qui in dilluvio residui fuerant, turres altas et alias munitiones innumeras construxerunt ubi Sem rex factus fuit, ut supra dictum est eodem libro capitulo XX et libro primo capitulo LXXXVIII. 5

Et ex tunc exortum est imperium Asiriorum, ubi primo regnavit Sem qui et Melchisedech, cui in regno successit Asur sive Asyansir a quo illud regnum nomen accepit, quia tunc primo dictum est regnum Asyriorum, ut supra dictum est. 10

### 33. INCIDENTIA ISTIUS TEMPORIS

Tunc etiam temporis in Egipto ceperunt dinastie (id est summi principatus) et in Tebis reges regnabant, quorum primus dictus est rex Alachis. Et in altera parte Egipti regnabant heroas (id est dii), quorum primus dictus fuerat Festus. In Oriente pastores prodierunt, in provincia Palestina inhabitabatur civitas Iopen, que dilluvio non periit. De quibus omnibus supra dictum est per totum eodem libro. Et sicut habitationes et habitatores in Egipto fuerunt statim post dilluvium, ita et in aliis provinciis mundi esse potuit, licet non fuerit scriptum et si fuit scriptum non habentur illi libri. 5

Ysidorus tamen tangit et Papias refert quod in Ytalia sunt montes Ymbrii, in provincia que nunc dicitur Marchia Anconitana, et quod ibi salvati sunt multi tempore dilluvii, sicut supra dictum est libro primo et libro secundo. 10

Unde ex tunc in Ytalia etiam civitates multe construi potuerunt vel in  
 15 dilluvio discipate potuerunt faciliter reparari, ut dictum est supra, libro primo capitulo LXXI.

34. GENERATIONES TRIUM FILIORUM NOE. ET DE ASUR FILIO SEM ET MESARIM ET GOMER

Dilluvii sive etatis secunde anno quarto, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>V, etatis Sem  
 anno CIIII, etatis Cham anno LXXXXVIII, etatis Iapheth anno  
 5 LXXXXIII, mundi anno 1657, Sem qui et Melchisedech genuit filium qui  
 dictus est Asur qui et Asyisir. Eodem anno Cham genuit filium qui dictus  
 est Mesarim de quo descenderunt Egiptii, ut supra dictum est eodem libro  
capitulo XI<sup>o</sup>. Eodem anno Iapheth qui et Ianus By- // (f. 167r) -frons,  
 genuit filium qui dictus est Gomer de quo nati sunt Gallate, ut supra dic-  
 10 tum est eodem libro capitulo XIII.

35. GENERATIO LID, PHUTH ET MAGOG

Dilluvii sive etatis secunde anno VI<sup>o</sup>, etatis Noe VI<sup>C</sup>VII, etatis Sem anno  
 CVI, etatis Cham anno CI, etatis Iapheth anno LXXXXVI, etatis mundi  
 anno MVI<sup>C</sup>LVIII, Sem rex Asyriorum genuit filium qui dictus est Lyd qui  
 5 regnavit in Lydia, sicut supra dictum est capitulo VIII. Eodem anno Cham  
 genuit filium qui dictus est Phuth qui regnavit in Lybia, sicut supra dictum  
est capitulo XI<sup>o</sup>. Item Iapheth genuit filium qui dictus est Magog qui in  
 Scithia genuit Gog et Magog, ut dictum est capitulo XIII. Eodem tempore  
 Noe in civitate Thammon, in provintia Armenie.

36. GENERATIO HYRON ET CANAAN ET MADAY

Dilluvii sive etatis secunde anno X, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>X, etatis Sem  
 anno CX, etatis Cham anno CV, etatis Iapheth anno C, etatis mundi  
 MVI<sup>C</sup>LXIII, Sem rex Asyriorum genuit filium qui, secundum Methodium,  
 5 dictus est Hyron, ut supra dictum est capitulo VIII. Item Cham genuit  
 filium qui dictus est Canaan qui regnavit in terra Canaan sive in terra Iuda,  
 ut supra dictum est capitulo XI. Item Iapheth genuit filium qui dictus est  
 Maday qui regnavit in regno Medorum, ut supra dictum est capitulo  
XIII.

## 37. GENERATIO ARAM ET CHUS ET THUBAL

Dilluvii sive etatis secunde anno XVII, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>XVII, etatis Sem anno CXVIII, etatis Cham anno CXII, etatis Iapheth anno CVII, etatis mundi MVI<sup>C</sup>LXX, Sem genuit filium qui dictus est Aram qui fuit rex in Syria, ut supra dictum est capitulo VIII. Item Cham genuit filium qui dictus est Chus qui regnavit in Ethiopia et fuit pater Nembrot gigantis, sicut dicitur supra capitulo XII. Item Iapheth genuit filium qui dictus est Thubal qui regnavit in Ytalia et Yspania, ut dictum est capitulo XVII.

## 38. GENERATIO ASUR, IAVAN

Dilluvii sive etatis secunde anno XXXVII, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>XXXVII, etatis Sem anno CXXXVIII, etatis Cham anno CXXXII, etatis Iapheth anno CXXVII, etatis mundi anno MVI<sup>C</sup>XC, Arphasath primogenitus Sem genuit filium qui dictus est Sale, qui in Lucha secundum translationem LXX dictus est Caynam. Hic Sale condidit civitatem Samariam ex suo nomine. De isto Sale dicit Ysidorus quod dictus est Sala, qui primus regnavit in India.

Item Asur frater Arphasath genuit filios et filias. Item Mesari filius Cham genuit filium qui dictus est Thoges. Item Gomer filius Iapheth genuit filium qui dictus est Asenech. Tunc Sem genuit filium qui dictus est Elam qui fuit rex Elamitarum, ut supra dictum est capitulo VIII<sup>o</sup>. Et Iapheth genuit filium qui dictus est Iavan qui genuit Ybres, ut supra dictum est capitulo XIII.

## 39. NOE GENUIT IONITUM ASTROLOGUM

Dilluvii sive etatis secunde anno LXVII, etatis Noe // (*f. 167v*) anno VI<sup>C</sup>LXVII, etatis Sem anno CLXVIII, etatis Cham anno CLXII, etatis Iapheth anno CXXXVII, etatis mundi anno MVII<sup>C</sup> vel MVII<sup>C</sup>XXXIII (vel secundum Ysidorum anno II<sup>M</sup>CCCLXXVIII), Salle filius Arphasath anno etatis sue XXX genuit duos filios et totidem filias. Primus dictus est Heber, alter – secundum Gothfredum Viterbiensem – dictus est Yerari, qui genuit Nembroth qui cognominatur Demorgegon.

Item alter filius Sem dictus Hyron anno etatis sue LVII genuit filium qui, secundum Methodium, dictus est Nembroth. Item Magog filius

38 - 13. Iavan : Ianan *B*



Iapheth anno etatis sue LXI genuit filium qui dictus est Thanaus, qui in confinibus Europe et Asie super flumen habitavit, ex cuius nomine fluvius dictus est Thanais. Item Chanaan filius Cham anno etatis sue LVII genuit filium qui dictus est Sydon, qui civitatem construxit quam ex suo nomine appellavit Sydonem, ut supra dictum est capitulo XI<sup>o</sup>. Item Chus filius Cham anno etatis sue L genuit filium qui dictus est Nembroth qui fuit gigas XII cubitorum, de quo supra dictum est capitulo XII. Item Noe imperator mundi genuit filium qui, secundum Metodium, dictus est Ionithus astrologus, de quo habetur supra capitulo <<...>>. Item Aram filius Sem genuit filium qui dictus est Ietran, ut habetur supra capitulo VIII. Et Thubal filius Iapheth genuit filium qui dictus est Sufene, sicut habetur supra capitulo XVII.

#### 40. QUOD ASUR FUIT REX ASYRIORUM

Delluvii sive etatis secunde anno LXXXV, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>LXV, etatis Sem anno CLXXXI, etatis Cham anno CLXXX, etatis Yapheth anno CLXXV, mundi anno MVII<sup>C</sup>L, imperante Noe in civitate Thamon in provincia Armenie, regnante Sem in imperio Asyriorum, Asur qui et Asyasir filius Sem anno etatis sue LXVII regnavit pro patre suo in imperio Asyriorum, et ex tunc provincia dicta est Asyria, que primitus alio nomine appellabatur, sicut supra dictum est capitulo VII.

Eodem tempore Iavan filius Iapheth anno etatis sue LXIII genuit filium qui dictus est Elysa. Et Iapheth genuit filium qui dictus est Tyras, qui primus regnavit in Tratia, ut supra dictum est capitulo XIII. Item Nembroth gigas XII cubitorum anno etatis sue XXII genuit filium qui dictus est Cameses, qui primus regnavit in Ytalia, ut supra dictum est capitulo XII. Item genuit ipse Nembroth alium filium qui, secundum quod dicit Ymago, dictus est Asyasir, qui regnavit in Asyria. Et genuit filium qui dictus est Bellus, sicut supra dictum est capitulo XII. Item Lid filius <Sem> genuit filium qui dictus est Pharo, qui regnavit in Egipto, a quo cuncti eius successores dicti sunt Pharones, sicut supra dictum est capitulo VIII. Item Cham genuit filium qui dictus est Iebus de quo nati sunt populi dicti Yebusei, sicut supra dictum est capitulo XI.

40 - 16. Sem *supplevi*

## 41. DE IONITO ET DEMORGECON

Dilluvii sive etatis secunde anno LXXXX, etatis Noe VI<sup>C</sup>LXXV, etatis Sem anno CLXXXXI, etatis Cham anno CLXXXV, etatis Iaphet anno CLXXX, etatis mundi anno MVII<sup>C</sup>LV, Nembrot gigas anno etatis sue XXIII genuit filium qui dictus est Pontipus, qui post ipsum regnavit in Babilonia. // (f. 168r) Item genuit alium filium qui dictus est Chuscites et alium qui dictus est Iulius Ytalus, qui primo regnavit in insula Sicilie. 5

Item Ierari filius Heber anno etatis sue XXV genuit filium qui dictus est Nembroth Demorgegon Opyon. Hic fuit principium et origo deorum, sicut habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. Item Ionitus quartogenitus Noe anno etatis sue XXIII genuit filium qui dictus est Chesdron, qui regnavit pro patre in regno Ethan. Item Hyron filius Sem anno etatis sue LXXX genuit filiam que dicta est Minerva que fuit dea virginitatis, de qua habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. 10

## 42. QUOD TRES FILII NOE PERREXERUNT PER REGIONES SUAS

Quoniam in hedificatione turris Babel super filios Sem regnavit Ietram, et super filios Iapheth regnavit Sufene, et super filios Cham regnavit Nembroth gigas, verisimile videtur quod tres filii Noe in constructione turris non interfuerunt, quia alias non fuissent constituti novi principes in ipsorum presentia. Unde ex hoc loco arguitur quod Sem rex Asie construxerat civitatem quam ex suo nomine vocavit Sem que postea dicta fuit Ierusalem, sicut habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. 5

Similiter Cham perrexerat in Africam, portionem suam, et Iapheth perrexerat in Europam, portionem suam ubi in finibus Europe et Asie construxit civitatem que dicitur Chosina, sicut habetur ex Mappa mundi. 10

Quod autem Magister dicit quod isti tres fuerunt auctores construendi turrim, hoc dictum est per recapitulationem. In hoc etiam Magister reprobatur, qui dixit quod turris Babel fuit constructa post mortem Noe, sicut habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. Ionitus etiam, quartogenitus Noe, summus astrologus, terram Orientis optinuit, ut habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. 15

Tunc temporis in campo Senaar regnabat Asur filius Sem et in Egipto currebant dinastie et ex Orientis partibus iam pululabant viri dicti pastores.

20 Et in Ytalia habitabant quam plurimi circa montes Ymbrios in Marchia Anchonitana, ut supra dictum est libro primo XI usque ad capitulum XXXI. Similiter eodem tempore Noe imperabat in civitate Thamon in provintia Armenie.

25 Ex quo manifeste concluditur quod non potest stare quod comuniter scripserunt actores, videlicet quod regna exorta sunt post divisionem linguarum, cum constet ex dictis quod per diversas partes mundi ante dilluvium multa fuisse imperia, licet parva.

#### 43. DE TRIBUS REGIBUS, SCILICET NEMBROTH, IETRAN ET SUFENE

Dilluvii sive etatis secunde anno LXXXXV, stantibus omnibus supradictis imperatorum et regum concurrentiis, regnante Asur filio Sem in campo Senaar in provintia Asyriorum, Nembroth gigas XII cubitorum filius Hyron filii Sem anno etatis sue XXXIII voluit fieri rex et regnare super filios sive super omnes posteros Sem, cuius abyaticus erat; qui noluerunt. Et tunc petiit fieri rex super omnes posteros Cham, quod placuit eis.

5 Et ex tunc dictus fuit filius Chus filii Cham, per adoptionem non per naturam. Et ista fuit sententia Magistri, sed Genesis capitulo X dicitur quod fuit filius Chus, et istud videtur magis probabile.

10 Cum autem Nembroth cepisset regnare super filios Cham, eius // (*f. 168v*) exemplo Ietran, de stripe Sem natus, factus fuit rex super filios sive posteros Sem. Et similiter Sufene, unus ex posteris Iapheth, factus fuit rex super omnes de stripe Iapheth. Et sic fuerunt tres reges et tres populi distincti. Sed principalior inter reges videtur fuisse Nembroth, cuius consilio fuit constructa turris Babel in spatio annorum VI vel VII. De ista turri habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. Et facta divisione linguarum, ipso anno natus fuit Phalech, quod interpretatur 'divisio' quia tempore sue nativitatis divisio linguarum facta est, ut habetur infra eodem libro capitulo <<...>>.

#### 44. QUOD NEMBROTH OPTINUIT IMPERIUM ASYRIORUM SOLUS

Dilluvii sive etatis secunde anno CI, etatis Noe regis civitatis Thamon anno VI<sup>C</sup>LXXX, etatis Sem regis Ierusalem anno CLXXXXVI, etatis Cham regis Africe anno CLXXXX, etatis Iapheth regis Chosune civitatis 5 in parte Europe CLXXXV, etatis Ionithi regis Ethan anno XXIII, regnante

Asur in campo Senaar ubi constructa fuit turris Babel (que portio, secundum Magistrum, sibi debebatur iure hereditario quia erat in Asia que erat portio Sem patris sui), Nembroth gygas ipsum de illo loco expulit et sic regnum illud (scilicet Asiriorum) usurpavit, sicut habetur infra eodem libro capitulo <<...>>.

10

Quod autem factum fuerit de aliis duobus regibus, scilicet Ietran et Sufene, non inveni. Sed tunc Asur rex Asyriorum, de regno suo expulsus, perrexit in provinciam que dicitur Mesopotania ubi construxit civitatem magnam Ninive, sicut habetur Genesis X capitulo.

#### 45. DE NATIVITATE PHALECH

Dilluvii sive etatis secunde anno CI, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>LXXX (ut supra), Phalech natus fuit. Quere infra eodem libro capitulo <<...>>.

#### 46. QUOD IOPEN FUIT PRIMA CIVITAS MUNDI

Inter primas et antiquiores civitates mundi, prima et antiquior fuit civitas sive oppidum dictum Iopen, quod fuit constructum ante dilluvium, nec in dilluvio corruiit ex toto. Unde dicit Solinus in libro De Mirabilibus Mundi: «Ioppe fuit oppidum antiquissimum toto orbe terrarum, utpote ante terrarum inundationem conditum». Et distat a Ierusalem XI leucis, et dicit Benzius in Croniciis quod istud oppidum sive civitas est in provintia Palestina.

5

Ubi est sciendum quod in maiori Asia est una provintia dicta Syria in qua sunt plures provincie, inter quas una est dicta Palestina, cuius populi dicti sunt Palestini sive Philistini sive Alyophili (id est extranei), qui semper fuerunt longe a populo Dei sive Iudeorum, et separati et mortales inimici. Huic provincie adiacet versus Meridiem Terra Sancta sive regnum Iudeorum, ab Oriente mare Rubrum, ab Aquilone fines Tyrriorum, ab Occidente Egiptus. Et extenditur a castro peregrinorum, sive a petra incisa, ad Gazam contra Austrum. In ista provintia est oppidum Iope, et dicit Egisipus quod est altum saxum in ripa maris. Eius littus habet duo cornua in mari, sive duo brachia, aliquantulum inflexa. Inter que duo cornua sunt profunde rupes saxaque ingentia que mari preminent, nec potest ascendi nisi per vias rec-

10

15

46 - 17. saxum : saxo *B*

20 tas, preminentes et asperas nimis. Iuxta civitatem est quoddam magnum saxum ubi Andromada // (f. 169r) fuit ligata, ut bellua marina sive draco ipsam comederet. Ista bellua marina, secundum Solinum, fuit maior elephante indico. Costa eius habuit XL pedes, vereticuli spine habuerunt in latitudinem semypedem et plus.

25 Ubi nota ystoriam: Quidam rex Ethiopum dictus Orpheus, cuius uxor dicta est regina Casiopa, cum esset pulcra nimis, pretulit se in pulcritudine nimphis, que erant dee aquarum. Propter quod deus Amonis precepit ut eius filia, dicta Andromada, de Etyhopia duceretur usque ad oppidum Ioppe et ibi devoraretur a bellua marina. Que cum fuisset ducta et saxo alligata ut draco ipsam comederet, supervenit Perseus qui, exardescens de pulcritudine Andromade, draconem interfecit et puellam duxit uxorem, de qua natus est filius qui dictus est Eritheus. Hanc Andromadam Minerva inter astra locavit. De isto Perseo habetur infra.

#### 47. QUOD CIVITAS IOPPEN FUIT REHEDIFICATA

Civitatem Ioppe, in dilluvio vel propter antiquitatem conquassatam, rehedicaverunt populi dicti Palestini. Ubi est sciendum quod Noe genuit Cham, qui genuit Canaan, qui genuit Thanaum sive Thehisim, qui genuit 5 populum qui dictus Palestini, sive Philistini, sive Aliophyli. Isti redificaverunt civitatem Ioppe. Capud regni dicta est Cesarea Palestine sive Cesarea Maritima et distat a castro peregrinorum per quatuor leucas (quere supra, libro primo capitulo 70).

#### 48. DE SECUNDA CIVITATE MUNDI, POST DILLUVIUM PRIMA

Secunda civitas in antiquitate fuit civitas dicta Thamon, quam construxit Noe. De qua supra dictum est capitulo LXXXVIII eodem libro.

#### 49. DE TERTIA CIVITATE DICTA IERUSALEM, ET QUOD MELCHISEDECH IPSAM CONSTRUXIT

Tertia civitas dicta est Ierusalem. Unde dicunt Hebrei et recitat Ysidorus Ethimolygiarum quod ista fuit prima civitas que fuit constructa post dilluvium. 5

46 - 20. preminentes : perminentes *B* ~ iuxta : iusta *B* ~ quoddam : quodam *B*  
 23. vereticuli *B* : recte verticuli 47 - 6. Palestine : palenstilenstine *B* 49 - 4.  
 que : quod *B*

Ubi est sciendum quod Noe ante dilluvium per annos C genuit filium qui dictus est Sem, qui post dilluvium recedens a patre qui habitabat in civitate Thammon perrexit in terram ubi fuerat creatus Adam. Et ibi iuxta, in monte alto et pulcro nimis, condidit civitatem quam ex suo nomine vocavit Sem sive Salem ubi, factus rex, dictus est Melchisedech, quod interpretatur 'rex iustus'. Erat insuper sacerdos, qui non offerebat animalia nec aves sed panem et vinum, secundum cuius ordinem Dominus Yhesus Christus factus sacerdos in eternum in pane et vino consecravit corpus suum et sanguinem. Isti sacerdoti Abraam obtulit decimas spoliorum, ut infra dicitur. Ipse ex regina Parsia genuit filium qui dictus est Arphasath, de cuius stripe nata est beata Virgo Maria et Christus filius eius benedictus. Et cum vixisset Melchisedech annis VI<sup>C</sup>II solaribus, mortuus est.

Deinde populi dicti Iebusei, nati de Iebus filio Canaan filii Cham, civitatem Sem sunt ingressi, quam ex suo nomine vocaverunt Iebus. In processu temporis ex his duobus nominibus (scilicet Iebus et Salem) compositum fuit istud nomen Ierusalem, que a poetis corrupto vocabulo dicitur Solima. Cuius murus exterior, qui secundum Iosephum fuit tertius murus, habuit in circuitu XL stadia sive V miliaria, in circuitu muri fuerunt LXXX turre et distat turris a turri per // (*f. 169v*) CC cubitos. Hos populos Iebuseos expulerunt Iudei de Ierusalem, quam postea Salomon vocavit Yerosolimam.

Hanc evertit exercitus Babilonicus, sed Rorobael ipsam rehedificavit. Postea Romani ipsam destruxerunt, postea Helyus imperator ipsam innovavit et ex suo nomine Helyam apellavit. Que recuperato primo nomine dicitur Yerusalem. Et quia omnes libri mundi sunt pleni de factis istius civitatis et eius templo, pertranseo breviter.

#### 50. DE PROVINTIA CANAAN QUE IUDEA DICITUR

In maiori Asia est provintia dicta Syria, in qua sunt plures provintie. Inter alias est provintia dicta Iudea que et Canaan, in qua sunt populi dicti Iudei sive Hebrei sive Israelite. Incipit autem a vico Arpha et porrigitur usque ad vicum Iulliaden. Eius amplitudo est a monte Lybani usque ad lacum Theberiadis, et in medio provintie est civitas Ierusalem, quasi umbelicus totius regionis.

49 - 28. recuperato : recuperatio B

Dividitur autem Iudea per montes asperrimos ab Egipto et Arabia. Hanc preterfluit fluvius Iordanis qui oritur, secundum Solinum, de fonte dicto Panea et mergitur in lacum Asphaltidem, qui extenditur per passus XVI<sup>M</sup>, circumspectus urbibus et castellis. Hanc provinciam possedit primo Sem filius Noe dictus Melchisedech, sed venientes populi dicti Cananei (a Canaam filio Cam denominati) ipsam occupaverunt et totam provinciam dixerunt Canaan. Inter quos fuerunt Iebusei, ut supra dictum est.

Fuerunt populi Cananei X numero, scilicet Evei, Ethei, Iebusei, de quibus supra dictum est eodem libro capitulo VI. Sed supervenerunt filii Ysrael sive Iacob patriarche qui habuerunt XII tribus et expulerunt Cananeos. Cum autem regnum Israel fuit divisum in duo regna due tribus, qui habuerunt reges de tribu Iuda, dicte sunt regnum Iuda sive Iudeorum; alie X tribus dicte sunt regnum Ysrael.

#### 51. DE PESTILENTIIS IUDEORUM

Iudea est provincia plena delitiis, ubi oritur balsamum, propter quod opes creverunt nimis. Ibi oriuntur flumina calida et fontes optimi, ibi oriuntur metalla, vinee, olive, malogranata, cedri, palme, et tota fluit lacte et mele. Iudei non credunt Christum fuisse Deum et <sunt> viri obstinati, inbelles, ubique servi. Et dicit Brocardus quod in omni lunatione nova patiuntur fluxum sanguinis. Nunc dispersi sunt per mundum.

#### 52. DE PRIMA PROVINTIA MUNDI POST DILLUVIUM, QUE DICITUR SCITHIA INFERIOR

Dicto de tribus primis civitatibus mundi, nunc dicendum evenit de prima famosa provincia sive famoso regno quod fuerit post dilluvium, quod dicitur regnum Scitharum sive Scithia inferiori vel minori.

Ubi est sciendum quod Iapheth filius Noe habuit in sortem sue portionis Europam. Filius eius dictus Gomer, qui genuit filium qui dictus est Thanaus: hic intravit Europam, que fuerat portio avi sui Iapheth, et versus Meridiem condidit civitatem quam ex suo nomine appellavit Thanay, a qua flumen Thanay nomen accepit. Dicit autem Ysidorus quod fluvius Thanays dictus est a Thano primo rege Scitharum et oritur ex silvis Ripheis et cur-

50 - 12. Melchisedech : molchisedech *B*    51 - 5. sunt *supplevi*    52 - 5. Scithia : Scithe *B*    6. habuit : habiit *B*

rit usque in mare Oceanum sep- // (f. 170r) -temtrionale, et dividit  
Asiam ab Europa in partes diversas. Et dicit Ysidorus quod Scithia inferior  
est prima provintia Europe, que incipit a Meotidibus palludibus, inter  
Danubium et Oceanum septemtrionale, ubi oritur ventus dictus Greco, et  
protellatur usque Germaniam. Et in prima parte sui, ubi oritur, est provin- 15  
tia dicta Alania, cuius populi dicti sunt Alani, unde veniunt canes alani.  
Hanc provintiam superaverunt Sychambrii, populi Troyani.

Deinde sequitur provintia Lectonia, que inter palludes sic undique cin-  
gitur quod nullus ad ipsos ingredi potest nisi quando contingit palludes 20  
concellari. Iuxta est provintia Lyonia que habet eandem linguam cum Ala-  
nia, cuius populi dicti sunt Lyones. Hec autem provintia longo maris  
interiectu dividitur a Germania. Deinde est Datia, contigua Germanie. Et  
dicit Ysidorus quod Dachi fuerunt soboles Gothorum, similiter et multe 25  
alie nationes. Deinde sequitur Gothia quam incoluit Magog filius Yapheth,  
patruus paternus supradicti regis Thanay. Et <de> ista provintia Gothia  
habetur infra libro <<...>>. Hec autem omnes supradicte provintie V  
comuni nomine dicte sunt Scithia inferior. De Scithia superiore habetur  
infra eodem libro capitulo <<...>>. Hanc autem provintiam, scilicet Sci-  
thiam inferiorem, sequitur provintia Germanie, de qua infra dicetur. 30

### 53. DE ARPHASATH FILIO SEM ET DE PROVINTIA ARPHAXADEA

Dilluvii sive etatis secunde anno secundo, mundi (secundum Hebray-  
cam veritatem et Vicentium et Bentium) anno MVI<sup>C</sup>LVIII, imperante Noe  
in civitate Thamnon provintie Armenie, Sem qui et Melchisedech, primo- 5  
genitus imperatoris Noe, anno etatis sue CII ex regina Parsia uxore sua  
genuit filium qui dictus est Arphasat, ut habetur Genesis X capitulo. Et vixit  
Sem in universo annis VI<sup>C</sup>II, ut supra dictum est capitulo V libro primo.

Hic Arphasath in processu temporis, recedens de regno avito relin-  
quensque Armeniam, perrexit versus flumen Eufratem et ibi inhabitans  
totam provintiam appellavit ex nomine suo Arphasadeam, ubi postea 10  
gigantes convenerunt in campo Duran et turrim construentes <in> lingua-  
rum confusionem incurrerunt.

Deinde Chasech, filius Nachor fratris Habraee, hanc contratam incolluit  
et ex suo nomine Casideam nominavit (que dicitur Caldea). In qua pro-

52 - 17. Alania, recte Alania    26. de *supplevi*    53 - 11. in<sup>2</sup> *supplevi*



15 vintia primum inventa fuit astronomia, ubi nunc est civitas Babilonia. Hunc, ut habetur Genesis X capitulo et secundum expositionem Magistri, Nembroth expulit de Asiria; qui ivit et edificavit civitatem magnam Niniven.

54. DE CHUS FILIO CHAM ET PROVINTIA ETHIOPIA ET SARRACENIS

Tempore nativitatis Arphasath Cham secundogenitus Noe, de quo supra dictum est libro primo capitulo VI, genuit Chus. Hic in processu temporis, recedens de Armenia, in Affricam portionem suam perrexit. Et quia Chus  
5 idem est, secundum Ysidorum, quod Ethiops, inde est quod provintiam ex suo nomine appellavit Ethiopiam.

In hac provintia sunt monstra innumerabilia, de quibus meminit Plinius (libro VI<sup>o</sup>) et Solinus in libro De Mirabilibus. Ibi colligitur cynamomum (id est canella), iacinthus, crisoprasus, symye, antipodes et viri indifferenter  
10 accedunt, matre dumtaxat excepta. In hac // (*f. 170v*) nunc sunt Sarraceni.

55. DE GOMER ET PROVINTIA GALLATIA

Tunc etiam temporis Iapheth tertio genitus Noe genuit Gomer. Hic secundum Sycardum et Bentium genuit Gallathas. Est autem Gallatia provintia, secundum librum De Proprietatibus Rerum, in Europa que dicitur  
5 Ruthena; sed Ymago Mundi dicit quod est in Asia minore, terra latissima et fecondissima. Dicitur autem Gathatia a Gallis illuc pergentibus, quos rex Bytinie in auxilium suum vocavit et terram cum eis divisit; sicque Grecis admixti primo dicti sunt Gallogreci, nunc Gallathe nuncupantur. Quibus Apostolus scripsit Epistolam ad Gallathas.

56. DE SALE FILIO ARPHASATH ET SAMARITANA PROVINTIA

Diluvii sive etatis secunde anno XXXVII, mundi secundum Vicentium MVI<sup>C</sup>LXXXIII, secundum Ysidorum II<sup>M</sup>CCXLIII, imperante Noe in civitate Thamon provintie Armenie, Arphasath filius Sem anno etatis sue  
5 XXXV vel CXXXV genuit Sale et vixit annis CCCCXXXVIII (hic Sale in Lucha secundum LXX vocatur Caynam). Hic secundum Ysidorum genuit Samaritas, unde a Sale dicti sunt Samarite. Ipse condidit civitatem quam ex suo nomine Samariam nominavit, que toti provintie nomen accommodavit. Sed in tertio Libro Regum dicitur quod Samaria dicitur a monte

53 - 15. Babilonia : Balinonia B

Someron: est enim provintia proxima Iudee, posita inter Galileam et Iudeam, in provintia Palestina. Et licet fuerit condam fecunda, tamen ad tantam miseriam devenit quod in toto mundo fere M homines inveniuntur. Item secundum eundem Ysidorum hic Salo dictus est Sala, qui genuit Indos. 10

India provintia incipit a mari Mediterraneo et extenditur usque ad ortum solis et diu credita fuit quod esset tertia pars mundi habitabilis. Habet V<sup>M</sup> civitates continentes singule VIII<sup>M</sup> virorum; secundum Orosium habet gentes sive nationes XLIII. Hanc primo Liber Pater armis subiugavit. Ibi sunt homines dicti macrobii, habentes altitudinis VII cubitorum, qui pugnant contra grifes; ibi nascitur piper quem secundum Ysidorum custodiunt serpentes; ibi sunt montes aurei, qui propter grifes addiri non possunt; ibi sunt perle sive margarite et carbunculi, grisopassi; item ellephantes, monecerunte, avis prisaca loquens verba humana; ibi sunt insule mirabiles, monstra inaudita, que referre omitto quia ystoricum sensum non sapiunt, ymo ystorias confundunt. 15  
20  
25

#### 57. DE ASUR FILIO SEM ET ORTU IMPERII ASYRIORUM ET CIVITATE NINIVE

Eodem tempore Sem rex Yerusalem genuit alium filium post Arphasath qui dictus est Asur. De quo dicit Agustinus, libro XVIII De Civitate Dei, quod genuit Asyros; ex quo aparet quod imperium Asiriorum initium habuit de Sem. Et Ysidorus ait: «Asur filius Sem post dilluvium primus incolluit et ex suo nomine Asyriam nominavit». Et secundum Sycardum Asur filius <Sem> genuit Asyros sive Caldeos. Hic invenit purpuram et unguenta, et secundum Genesis X capitulo construxit civitatem que postea dicta est Ninive, et incipit imperium Asyriorum post dilluvium anno CCXXII. 5  
10

Est autem Asyria provintia temperatissima, unde primo venerunt ungenta et odores et purpure usus et cor- // (*f. 171r*) -porum et capilorum unguenta, quibus Romanorum principum atque Grecorum efluxit luxuria. Ibi Magnus Alexander Darii copias fudit. Ibi enim rex Ninus totam Asiam 15

56 - 22. grisopassi, recte chrysoprasi    23. prisaca, recte psittacus *iuxta Isidorum (Etym. XIV III 6)*    57 - 7. secundum : secudum *B*    8. Sem *supplevi*    12. temperatissima : temporatissima *B*

excepta India subiugavit, unde dicit Benzius: «Ninus filius Belli regis Asyriorum condidit Ninivem, civitatem magnam; qui cepit regnare anno ante Christi nativitatem MVIII<sup>C</sup>LII, anno ante nativitatem Habraee XLII». Ad hanc venit Ionas propheta predicare, eductus de ventre ceti. Et dicit Augustinus quod ex tribus imperiis fuit potentius atque sublimius; cuius duratio, incipiendo a rege Bello patre Nini, fuit MCCC<sup>V</sup> annorum. Isydorus: Fines regni Asyriorum sunt ab Eufrate flumine usque ad terminos Indorum. Est autem serpentium et bestiarum multitudine quam plurimum inquieta.

58. DE MESARAYM FILIO CHAM ET DE EGIPTO PROVINTIA ET DE SARRACENIS

Hisdem temporibus Cham filius Noe genuit Mesararim qui genuit Mefereos, id est Egiptios; unde dicit Ysidorus quod Egiptus primo dicta fuit Mesfayna, a filio Chus sic denominata (hic Mesararim hoc regnum instauravit post dilluvium annis CLXXXIII, et istum regnum tertium post dilluvium). Que postea dicta est Aeria; ultimo a rege dicto Egiptus, qui fuit frater Danay, Egiptus dicta est.

Est autem provintia triangularis, habens in quolibet angulo unam civitatem, scilicet Alexandriam, Laris et Babiloniam. Habet gentes XX et civitates C milia. Hic numquam sunt nubes aut pluvie, sed Nilus fluvius paradixi ipsam inundans fecundat, qui in tria hostia divisus mare Mediterraneum ingreditur: unus rivus fluit iuxta Pharimam civitatem, que est in confinio Terre Sancte; alter iuxta civitatem Damiatam, que antiquitus dicta fuit Memphis; alter intrat iuxta civitatem Alexandriam, quam Magnus Alexander construxit. Brocardus: In Egipto sunt plus quam CCC<sup>M</sup> christianorum et ecclesie multe et monasteria: in Carro Babilonie sunt ecclesie christianorum XL.

Sarraceni qui ibi dominantur bene credunt in Christum et quod de Virgine sit natus et conceptus de Spiritu Sancto et quod ascendit in celum et quod sedet ad dexteram Dei, sed non confitentur ipsum fuisse Deum; honorant insuper Sarraceni omnes ecclesias beate Virginis et beati Iohannis Baptiste. Adorant unum bovem qui habet in humero dextro quoddam signum candidum quasi esset luna nova, et habitat iste bos in fluvio Nillo

58 - 15. iuxta : iusta *B*    17. Carro, *recte* Cayro

et dat responsa de futuris eventibus. Nam homines habent in manu unum 25  
cyphum: si bos recipit cyphum bonum omen significat, si respuit malum.  
Ibi est civitas Helyopolis, ubi mansit beata Virgo cum puero Yhesu quando  
fugit a fatie Herodis in Egiptum: ibi usque hodie ostenduntur loca in qui-  
bus mansit.

Est in Egipto quedam gens dicta Turchi sive Turchomani et est melior 30  
melitia que sit in Egipto. Et sunt superiores Sarracenis, quia iam per longa  
tempora omnes soldani fuerunt genere Turchi. Sunt etiam ibi gentes dicte  
Bedeuini, armentorum pastores, insignes latrones, de quibus natus fuit  
Bacometus.

Orosius: Est autem duplex Egiptus, una superior versus Oriens, que mari 35  
Rubro terminatur, que habet gentes (id est nationes) XXIII. Ibi secundum  
Solinum sunt tygrides, pardi, baslici, sathyri, aspides, ypotami et alie fere  
innumerabiles. Inferior vero Egiptus est illa que adiacet // (f. 171v) mari  
Mediterraneo. Est etiam ibi alia gens que dicitur Seriana: qui sunt omnes  
christiani et solo cingulo discernuntur a Sarracenis. Magister in Ystoriis dicit 40  
quod in Egipto, in terra Ethan, post dilluvium nati sunt Gigantes, a loco  
dicti Tytani sive Tytanes: de quibus Enachim, cuius filii habitaverunt in  
Ebron; de quibus ortus est Goliath et quidam alii.

#### 59. DE MAGOG FILIO IAPHETH ET PROVINTIA SCITHIA

Tunc etiam temporis Iapheth filius Noe genuit Magog, a quo descende-  
runt Magogite sive Scithe; unde dicit Ysydorus: «Scithia que et Gothia, a  
Magog filio Iapheth dicitur denominata», qui eam primus incolluit anno  
post dilluvium CXXXI. Et fuit secundum regnum post armenicum. 5  
Ista provintia latissima fuit: nam superius attingit Indiam, inferius vero Danu-  
bium et Germaniam sive Allamaniam.

Ipsi condiderunt duo imperia, scilicet Particum et Bactrianorum, eorum  
mulieres regnum amanzonicum construxerunt. Ipsi sunt feroces in armis,  
prelia dilligunt, occisorum sanguinem bibunt, ex craneis interemptorum 10  
cyphos fatiunt, lacte et mele vescuntur, pelizeis vestiuntur, laneos panos  
ignorant, domos non habitant sed in pascuis sub temptoriis vitam suam  
degunt. Hos nullus umquam superare potuit, unde dicit Orosius: «Hos

58 - 37. baslici, *recte* basilisci ~ ypotami, *recte* hippopotami 41. a loco *B*: *an* aliter  
*corrigendum*? 59 - 1. filio : filii *B*

Alexander vitandos esse pronuntiavit, Pyrrus exhorruit, Cesar declinavit». 15  
 Darium regem Persarum turpiter fugaverunt, Cyrum cum omni suo exercitu trucidaverunt, Romanorum arma non senserunt. Apud ipsos smeraldis, auro et gemis affluunt, que omnia grifones custodiunt. Est etiam in Europa alia Scithia que dicitur Inferior.

#### 60. DE REGNO AMANZONUM

Ex Scithia duo iuvenes cum mirabili exercitu sunt egressi (scilicet Plinos et Scollopetius) qui intrantes provintiam Capadotie bella multis intulerunt, ubi occisi cum exercitu suo fuerunt. Quorum uxores, viduatas et exules se 5  
 videntes, arma ceperunt et instituerunt sibi duas reginas, scilicet Marthesiam et Lampedam, quas deus Mars genuerat. Et subiugaverunt Asiam, civitatem Effesum condiderunt, Asiam et Europam discurrendo devastaverunt et VIII<sup>C</sup> annis regnaverunt. Contra has Hercules et Theseus arma moverunt et ipsas superaverunt. Tunc Theseus abduxit Ypolitem, sororem 10  
 regine, de qua concepit Ypolitum. In processu temporis inter ipsas regnavit Panthaselea, que Troyano bello interfuit. Qua defuncta successit in regno regina Thalestris, que ex concubitu Magni Alexandri prolem concepit; ipsi Alexandro tributa dederunt.

Hec provintia dicta Amanzonia partim est in Asia et partim est in Europa, vicina provintie Albanie. Et dicuntur ille mulieres Amanzones, id est 15  
 'sine mamilla', quia secundum Ysidorum quando nascebantur dextram mamillam igne exsicabant, ne sagitarum ictibus inpedirentur. Certis temporibus viris commiscebantur: masculos remittebant patribus et feminas retinebant. Hoc regnum diversis plagis atritum est.

#### 61. DE HEBER FILIO SALE

Dilluvii sive etatis secunde LXVII, mundi MVII<sup>C</sup>XXIII vel secundum Ysidorum II<sup>M</sup>III<sup>C</sup>LXXVIII, imperante Noe in civitate Thamon provintie Armenie, Sale qui et Sala filius Arphasath anno etatis sue XXX genuit filium qui dictus est Heber. Gothofredus Viterbiensis: // (f. 172r) <Sale> 5  
 genuit alium filium qui dictus est Ierari, qui fuit pater Nembrot. Et vixit Sale annis CCCCXXXIII. Ab isto Heber Iudei dicti sunt Hebrei, quia in

59 - 14. exhorruit : exoruit *B*    16. smeraldis : smeraldi *B*    60 - 4. quorum : quarum *B*    61 - 5. Sale *supplevi*

sola domo eius post linguarum divisionem remansit lingua hebrayca, que a principio mundi usque nunc dicta fuerat lingua humana. De Ierari fratre Heber nichil aliud legitur.

10

62. DE EXORDIO REGNI SCITHARUM ET DIVERSIS OPPINIONIBUS ISTIUS REGNI

Dilluvii sive etatis secunde anno incerto regnum Scitharum in persona Thanay exortum est. Ubi est sciendum quod liber qui dicitur Ymago Mundi, de exordio regni Scitharum loquens, ait quod per annos LX ante regnum Asyriorum exortum fuit; de imperio Asyriorum ipse dicit quod incepit in persona Nembroth gigantis, sed imperium Nembroth incepit tempore Phalech, videlicet anno CI post dilluvium: ergo regnum Scitharum incepit per annos XL post dilluvium, quod fuit anno etatis Sale tertio vel quarto.

5

10

His ergo suppositis est dicendum quod anno dilluvii sive etatis secunde XL anno, etatis Noe imperantis in civitate Thamon anno VI<sup>C</sup>XL, etatis Sem regis Yerusalem anno CXXXVI, etatis Cham regis Africe anno CXXXV, etatis Iapheth regis Europe anno CXXX, Thanaus Canaan sub annis puerilibus, inter fines Asie et Europe sub plaga aquilonari inhabitans, ibidem regnavit. Unde dicit Ymago quod ante regnum Asyriorum per annos LX exortum est regnum Scitharum, ubi primo regnavit Thanaus a quo flumen Thanay nomen accepit. Et Vicentius dicit quod tempore Saruch proavi Habraee exortum est regnum Scitharum quod, licet fuerit antiquissimum, inter principalia quatuor regna non computatur quia regnum illud fuit barbaricum. Bentius, de exordio istius regni loquens, de tempore exordii dicens, dicit quod in isto regno imperavit Thamaris regina que interfecit Cyrrum regem Persarum. Quidam dixerunt quod istud regnum inchoavit post divisionem linguarum, quidam dixerunt quod ante linguarum divisionem: ego autem hanc questionem indeterminatam relinquo, quia auctores multum discrepant et nichil aliud fuit in causa, nisi sola antiquitas. Quere supra eodem libro capitulo <<...>>.

15

20

25

63. DE IONITO FILIO NOE ASTROLOGO ET PROPHETA, ET DE TRIBUS  
LIGNIS SANCTE CRUCIS

Eodem tempore imperator Noe genuit filium qui dictus est Ionitus. Hic  
secundum Methodium et Magistrum fuit inventor omnis artis astronomie  
 5 et accepit a Deo donum sapientie et previdit quosdam rerum eventus, et  
 maxime de ortu quatuor regnorum sive imperiorum mundi et occasu ipso-  
 rum per successionem, quod etiam plane prophetavit Daniel. Et dicit  
Gothofredus Viterbiensis quod raptus fuit iste Ionithus in paradixum ter-  
 restrem et tulit inde tres ramos trium diversarum arborum (scilicet abyetis,  
 10 olive et cypressi) quos plantavit in tribus hortis et altero die invenit simul  
 coniunctos et fecisse arborem magnam, cuius folea habuerunt tres colores:  
 et de ista arbore facta fuit crux Christi.

Huic Ionitho pater suus Noe, secundum Magistrum et Methodium, non  
 dedit in alios fratres eius partes, sed fecit ei donationes terre Ethan in par-  
 15 tibus Orientis, que dicitur Elypoleos, id est 'terra solis'. Et iverunt ex filiis  
 Iapheth viri sapientes in arte archetonica in terram Ethan et hedificaverunt  
 civitatem ipsi Ionitho, quam ex // (*f. 172v*) eius nomine vocaverunt  
 Ionitham. Et fuit semper pax inter regnum Ionithi et regnum Nembroth.  
 Et successit in regno Ionithi filius eius dictus Chosdron, qui genuit Subsir-  
 20 sadebech rex Etham qui destruxit LXVII civitates ab Eufrate flumine usque  
 ad Edroezam, et depopulatus est omnem terram Indorum, et ingressus est  
 desertum Sabba et expulit ab heremo Etervio filios Ysmael filii Habraee.

64. IONITUS PREDIXIT DE QUATUOR IMPERIIS MUNDI

Ionithus autem supradictus rex Ethan, astrologus permaximus, congre-  
 gavit sibi discipulos inter quos, secundum Magistrum et Methodium, fuit  
 Nembroth de genere Sem. Et predixit rex Ionithus discipulis suis que futu-  
 5 ra erant in terra quatuor magna imperia, scilicet Asyriorum et Persarum et  
 Grecorum et Romanorum, et quod imperium romanum esset nobilius  
 ceteris et destrueret omnia regna mundi. Item predixit quod de Cham  
 nasceretur Bellus primus rex Asyriorum; deinde de stripe Sem imperaret  
 super Persas et Medos et Grecos; postea de stripe Iapheth imperaret super  
 10 Romanos. Item scripsit idem rex Ionithus Nembroth discipulo suo quod

63 - 10. hortis : ortis *B*    16. archetonica, *recte* architectonica    22. Etervio, *an*  
*Eterivo legendum*

filiū Iapheth destruerent regnum filiorum Cham.

His auditis, Nembroth filius Sem sollicitavit totum genus Sem ut ipsorum rex fieret: qui eum abiecerunt. Propter quod sollicitavit filios sive illos de genere Cham ut fieret ipsorum rex: quibus placuit et factus est rex super totum genus filiorum Cham. Ideo dicitur de genere Cam quod verum est per adoptionem, licet in veritate esset de genere Sem. Et in ipso regno Nembroth semper fuit guerra, secundum Methodium, inter genus Sem et genus Pontipi filii Cham, qui regnavit post Nembroth. Et inter genus Iapheth erat futurum maius ceteris imperiis mundi. Ideo nolens illud imperium subripere misit Camessem filium suum in Ytaliā (ut infra dicitur) qui construxit civitatem que postea dicta est Roma. 15 20

#### 65. DE NEMBROTH GIGANTE XII CUBITORUM

Eodem tempore Chus filius Cham genuit filium qui dictus est Nembroth, de quo dicitur Genesis X capitulo. Porro Chus genuit Nembroth, iste cepit esse potens in terra et robustus erat venator coram Domino, id est oppressor violentus hominum, et principium regni eius Babilon et Arach et Archach et Chalane in terra Senaar. Et de terra illa egressus est Asur, qui hēdificavit civitatem magnam Niniven et plateas civitatis et Chale et Resen quoque intus Niniven; et Chale hec est civitas magna. 5

Hic Nembroth fuit principium totius imperii de iure gentium, fuit origo omnis militie et totius nobilitatis, fuit initium omnium bellorum et omnis tyrampnidis. Fuit ille a quo incipiunt omnes ystorie, ubi inchoantur omnes cornice. Unde quia ignoratis principiis ignorantur et principiata, et quia nullus umquam scivit clare dicere quis fuerit iste Nembroth, ideo antequam ulterius procedamus et omnes ystorie recolantur clariores, hic quæremus de isto Nembroth plures questiones: primo quis fuerit; secundo si primus in Assyros imperavit; tertio quo tempore imperare cepit; quarto quot filios habuit. 10 15

[Figura 1]

64 - 19. *B non bene legitur, maius conieci*



// (f. 173r) 66. QUOD QUATUOR FUERUNT NEMBROTH

Queritur ergo primo utrum Nembroth fuerit de genere Cham et videtur quod non, quia Methodius dicit (et concordat Magister) quod fuit de genere Sem. Patet secundum Gothofredum Viterbiensem: Nembroth fuit  
 5 filius Yerari filii Sale, sed Sale fuit de genere Sem, ergo et Nembroth. In contrarium est testis Biblie, Genesis X capitulo, ubi habetur quod Chus filius Cham genuit Nembroth.

Circa istam questionem est sciendum quod nullus umquam clare determinavit de cuius stripe descenderit iste Nembroth, unde quatuor invenimus  
 10 fuisse Nembroth, sive quinque. Primus dictus est Nembroth Ierari, de quo dicit Gothofredus Viterbiensis (et quasi concordat Papias et Benzius) quod Noe genuit Sem, qui genuit Arphasath, qui genuit Sale, qui genuit Heber et fratrem eius qui dictus est Yerari, qui genuit Nembroth, qui genuit Cretem, qui genuit Celium, qui genuit Saturnum Nembroth, qui genuit  
 15 Iovem, qui genuit Dardanum, qui genuit Erictonium, qui genuit Troyum, qui genuit tres filios, scilicet Gamenidem, Ylium et Assaricum. Ylius genuit Lanmedontam qui genuit Priamum. Assaricus genuit Daphen, qui genuit Anchisem, qui genuit Eneam, qui genuit Aschanium de quo descendit Romulus. Ex his manifeste colligitur quod de Sem per lineam Arphasath nati sunt duo Nembroth, quorum unus fuit filius Yerari et alter fuit filius  
 20 Celii. Nec potuerunt <esse> ydem, quia unus descendit de alio per multas intermedias generationes.

Methodius dicit quod de Sem natus est Hyron (de quo Moyses nullam fecit mentionem), qui genuit Nembroth. Et Ymago Mundi dicit quod Nembroth genuit Asur sive Asyasir, qui genuit Bellum (qui dictus est Nembroth secundum Magistrum) qui genuit Illirum. Ex hoc expresse habetur  
 25 quod de Sem per lineam Hyron nati sunt duo Nembroth, quorum unus fuit filius Hyron, alius fuit filius Asur. Ex textu Biblie X capitulo habetur quod Chus genuit Nembroth, et dicunt Magister et Methodius quod Nembroth filius Hyron fuit idem cum Nembroth filio Chus. Habemus ergo evidenter  
 30 quod saltem fuerunt quatuor Nembrot, licet secundum aliquos dicatur quod fuerunt quinque: dicit enim Iacobus de Voragine in Cronicis quod tempore Habraee, multiplicatis hominibus in partibus Orientis, plures ad Ytaliam devenerunt, ut Nembroth, Ianus et Saturnus.

66 - 20. esse *supplevi*    27. Biblie, *recte* Genesis

## 67. NEMBROTH FUIT PRIMUS IMPERATOR ASYRIORUM

Secundo queritur utrum Nembroth fuerit primus rex Asyriorum. Circa istam questionem est sciendum quod Asur filius Sem fuit primus rex Asyriorum, ut supra dictum est capitulo XIII. De Nembroth non habetur in 5  
 textu quod fuerit gygas vel habuerit filios, sed tantum dicitur quod fuit tyrampnus et opresor hominum, et quod construxit Babiloniam et expulit inde Asur, qui construxit civitatem magnam Ninivem. Fuit ergo Asur primus rex Asyriorum et Nembroth fuit primus rex in Babilonia, que est in Mesopotania.

## 68. DE TEMPORE QUO FACTA FUIT DIVISIO LINGUARUM

Tertio queritur quo tempore construxit Babiloniam et facta fuit confusio linguarum. Ubi est sciendum quod Magister in Ystoriis dicit quod mortuo Noe homines moventes pedes suos versus Oriens pervenerunt ad campum Senaar in provintia // (*f. 173v*) Asyrie et consilio Nembroth 5  
 construxerunt turrin altissimam, et facta est linguarum divisio. Sed ista oppinio Magistri a multis reprobatur, quia Noe vixit post dilluvium CCCL annis et Habraam erat iam fere L annorum: sequeretur ergo quod divisio linguarum esset facta tempore Habraee, quod est falsum quia ante Habraam 10  
 fuit Ninus, ante Ninum fuit Bellus, ante Bellum fuit Nembroth, cuius tempore facta est divisio linguarum. Unde Papias, Agustinus, Ysidorus dicunt quod anno quo natus fuit Phalech, scilicet anno post dilluvium CI, facta est divisio linguarum. Et ista est verior oppinio.

## 69. DE FILIIS NEMBROTH

Quinto queritur de filiis Nembroth, quot filios habuerit. Et ista questio tangit Nembroth gigantem, quia de illo est tota mentio. Ubi est sciendum quod in textu Biblie non habetur quod genuit aliquem filium sed auctores 5  
 dant ei multos filios, quia Gothofredus Viterbiensis dicit quod genuit Iulium Ytalam et Cresium regem Cretensium, Eustodius dicit quod genuit Camesem et plures alii dant ei plures filios, sicut dictum est supra capitulo VII. Et indiget ille passus multa declaratione, quia fuerunt multi Nembroth et istorie conflant omnes in unum.

67 - 7. Ninivem : Ninive *B*    68 - 8. annorum : anorum *B*    69 - 2. quinto, *recte* quarto

[Figura 2]

70. DE IANO BIFRONTE FILIO NOE ET QUOD FUERUNT VII IANI

Hisdem temporibus Noe genuit alium filium qui secundum Estodium dictus est Ianus Byfrons. Ubi est sciendum quod fuerunt VII Iani viri nominati: primus dictus est Ianus Bifrons, secundum Sycardum, ob sapientie magnitudinem; qui fuit filius Noe qui intravit Ytaliam cum ipso Noe, ut dictum est. Secundus dictus est Ianus Bicorporeus ob corporis magnitudinem, eo quod duorum hominum corpus haberet. Et iste fuit filius Iapheth, qui construxit civitatem Ianiculum ubi nunc est Roma. De quo dicit Iosephus quod Iaphet duos genuit filios, scilicet Ianum et Medeum. Tertius dictus est Ianus Subres, filius Thubal filii Iaphet, qui construxit Mediolanum. De quo dicit Papias quod mensis Ianuarius dicitur a Iano sive Subre, sicut supra dictum est. Quartus dictus est Ianus Pater, id est deus deorum, secundum Macrobius. Quintus dictus est Ianus Quirinus ab asta que dicitur quiris, quasi bellorum potentiam habens. Sextus dictus est Ianus Grecus, qui fuit filius Iovis regis Grecorum, qui intravit Ytaliam <cum> Saturno, ut dicit Iacobus de Voragine. Septimus dictus est Ianus Troyanus qui, secundum Iacobum de Voragine, amplificavit civitatem Ianuensem. Et talia nomina hic posui propter magnam dissonantiam de istis Ianis que habetur in cronicis.

71. DE PHALECH FILIO HEBER

Dilluvii sive etatis secunde anno CI, mundi vero MVII<sup>C</sup>LVII, imperante Noe in civitate Thamon provincie Armenie, Heber filius Sale anno vite sue CXXIII genuit filium qui dictus est Phalech. Et vixit Heber annis <<...>>. Eius // (f. 174r) frater dictus est Ierari, sicut in subiecta patet figura. Eodem anno quo natus fuit Phalech turris Babel constructa fuit et linguarum confusio introducta; ideo cognominatus est Phalech, quod interpretatur ‘divisio’, propter linguarum divisionem (de hoc habetur supra capitulo XXIII).

Et quia de ista civitate Babilon omnes istorie et omnes auctores fatiunt mentionem et diversi diversa locuti sunt, ideo primo ponemus nomina auc-

70 - 13. est *bis scripsit B*    15. cum *supplevi*    71 - 5. *spatium vacuum relictum*  
(3 fere litterarum) in B

torum istius civitatis, postea dicemus de mirabilibus istius urbis, ultimo dicetur de monarchia ipsius.

[Figura 3]

#### 72. DE PRIMIS QUI CONSTRUXERUNT BABILONIAM

De primis constructoribus civitatis Babilonie dicit Iosephus: «Filiis Noe Sem, Cham et Yapheth primum de montibus ad campestra descenderunt ut haberent illic habitationem, et alios qui habitabant in montibus valde metuentes ne iterum invaderet dilluvium descendere coegerunt propter civitatem construendam; et campus in quo prius habitaverunt dictus est Senaar». Et Magister in Ystoriis dicit quod Nembroth factus est rex super filios Cham. Et rex Ietram filius Sale filii Sem, qui regnabat super filios Sem, et rex Su- // (f. 174v) -fene, qui regnabat super filios Iapheth, construxerunt in campo Senaar turrim Babel. Item dicit Estodius loquens de campo Senaar, et introducit eius verba Magister: «Qui de sacerdotibus erepti sunt Iovis sacra sumentes in Senaar Babilonis venerunt, ubi facta est post hec linguarum diversitas». Et superius dictum est capitulo XIII quod Asur filius Sem primo regnavit in Asiria.

Si autem consciderentur ystorie et que dicta sunt, iste ystorie stare non possunt, tum quia non est credibile quod, tribus filiis Noe regnantibus super tres partes mundi et existentibus presentibus, quod essent alii tres reges ex filiis eorum qui regnarent in generationibus patrum suorum, item quia Iupiter nundum natus erat nec eius facta habebantur quando turris constructa fuit.

Si autem volumus salvare auctorum dicta, possumus dicere quod illa turris non fuit constructa semel et eodem tempore. Unde dicit Miletus in Cronicis, et introducit eius verba Benzius, quod per unam turrim interdum intelliguntur mille milia turrium vel mille milia turres intelliguntur per unam turrim. Ex quo patet quod multe turres ibi facte fuerunt uno tempore et alio tempore facta fuit una turris dicta Babel, ubi regnaverunt Belus et Ninus et Semiramis eius uxor, Asyriorum reges. In processu temporis isti supradicti reges et Nabuchodonasor mirabilia opera ibi instituerunt. Et sic ex diversitate temporum salvatur dissonantia scripturarum.

72 - 3. campestra, recte campestra

## 73. DE ALTITUDINE TURRIS BABEL

Congregatis itaque cunctis regibus et universis populis in campo Senaar, super fluvium ex coctis lateribus bytumine circumfuis ut nec igne nec aqua dissolvi possent turrim construxerunt. Cuius altitudo fuit III<sup>M</sup> passuum, id  
 5 est duorum leucarum sive quatuor miliariorum; Ieronimus dicit V<sup>M</sup>CLXXIII, Berrotus dicit IIII<sup>M</sup> passuum. Rex Nembroth, secundum Iosephum, qui erat ceteris audatior et manu fortissimus, cepit negare divinam Providentiam, sed cuncta homini accidere secundum propriam virtutem et industriam.

10 Unde in contemptum dilluvii cogitavit turrim facere tante altitudinis quod excederet montium sumitates XV cubitis ne posset illuc aqua ascendere, sicut nec prius altius ascenderat. Quapropter Deus confudit linguas eorum, ut unus alium non intelligeret et petentibus lapides aquam porrigeret. Inde dicta fuit illa turris Babel, quod interpretatur ‘confusio’, quia  
 15 ibi confuse atque permixte fuerunt lingue hedificantium turrim.

Unde dicit Sibilla: «Cum omnes homines unius vocis existerent, quandam turrim hedificaverunt excelsam, tamquam ascensuri per eam in celum. Dii vero, ventos immittentes, everterunt turrim et vocem propriam unicuique partiti sunt et propterea Babiloniam contingit vocari civitatem». Et refert Berotus et alii qui Grecas ystorias conscripserunt quod ista turris  
 20 erat arx sive capitolum civitatis.

## 74. DE MURO CIVITATIS BABILONIE

Turri itaque constructa et linguarum confusione introducta, cunctis per insulas et provintias dispersis, Nembroth illius turris et provintie imperium optinuit et in circuitu turris civitatem quadratam construxit. Et secundum  
 5 Orosium et Ysidorum Ninus aut regina Semiramis quam plurimum amplificavit, deinde Nabuchodonosor imperator potentissimus // (*f. 175r*) mirifice exornavit.

Unde dicit Orosius quod murus fuit altus CC cubitis et latus L, habens in medio tantum spatium quod iunctas quadrigas reciperet, et in circuitu  
 10 muri per modum merlorum fuerunt hedifitia pyramidalia mirabili altitudine

73 - 6. Berrotus, *scil.* Berosus 16-17. quandam : quedam *B* 20. conscripserunt : construxerunt *B*

constructa, et in quolibet erant tres vel quatuor habitationes. Huic civitati altera habitatio extrinsecus addita fuit. Et fuerunt in interiori civitate tres porticus per circuitum et alii tres porticus in exteriori. Portas autem civitatis divina pulcritudine ornavit in paterinis regalibus. Fertur insuper quod ibi erant templa marmorea, auro et lapidibus pretiosis ornata, que incredibilia videntur fuisse. Fecitque imperator Nabuchodonosor hortum suspendile eo quod uxor eius hoc desideraret, nutrita in Medorum partibus. 15

Ieronimus: Hec civitas quadrata fuit, habens ab uno angulo usque ad alterum passium XVI<sup>M</sup> (que fatiunt XL leucas) et in circuitu LXIII<sup>M</sup> (que fatiunt XL leucas cum dimidia) muri tenebantur. Extra civitatem erat fossa patens, quasi fluvius decurrens; porte civitatis ex ere erant centum. Hanc in momento Cyrus et Darius, reges Persarum, tempore Baldesar subverterunt; de cuius ruinis due civitates in Perside hedificate fuerunt, scilicet The-sephon et Seulutia. Et licet numquam civitas fuerit rehedificata, sunt tamen ibi multe venationes avium et ferarum. 20 25

#### 75. DE DIVERSIS PRELIIS ET QUOD ALIQUI INTRAVERUNT YTALIAM

In hac civitate Babilonia primo imperavit Nembroth gygas, qui ignem adorabat et divinam Providentiam negabat. Et dicit Metodius quod post eum filii Cham instituerunt regem quendam de genere suo qui dictus Pontipus. Et semper fuit discordia inter regnum istius Pontipi imperatoris Asyriorum et inter filios Cham et inter filios Iapheth. 5

Et optinuerunt filii Nembroth regnum Egiptiorum et imperium Babilonis usque ad Cuchisidem, qui accepit uxorem de filiis Cham. Mortuo Cuchiside rege, Hereschides nepos eius, qui accepit materteram suam in uxorem et optinuit regnum, et destruxit regnum Cham et incendit omnes regiones occidentales. Post regem Hereschin surrexit Cosdreus filius eius qui habitabat in Ethan. Tunc congregati sunt filii Cham CCCXX<sup>M</sup> peditum qui tenebant baculos in manibus et transierunt fluvium Tygridem ut pugnarent contra regem Chosdrum. Quibus rex Cosdron occurrit cum magno exercitu in helephantis et interfecit omnes filios Cam, nec remansit unus. Nec ultra filii Cam aposuerunt pugnas comittere et pacificata sunt regna ad invicem. 10 15

Deinde Subsyrabech rex Ethan, ex filiis Ioniti filii Noe congregans

74 - 12. addita : adita *B*    14. paterinis, *sic in B*    16. hortum : ortum *B*

exercitum, destruxit LXVII civitates inter Eufratem et Edroezam et igne  
 20 combusit tria regna Indorum, et optinuit desertum Sabba et destruxit filios  
 Ysmaelis qui habitabant in deserto Eberinum. Filii autem Ysmaelis, expulsi  
 de terra sua, congregati sunt innumerabiles quasi locuste, et incedebant nudi  
 et comedebant carnes camelorum compositas in utribus et bibebant san-  
 25 guinem iumentorum in lacte. Et optinuerunt regna gentium que erant in  
 Terra Promissionis et desolaverunt provintias et intraverunt insulas. Et fa-  
 blicaverunt sibi naves et in modum volucrum volabant super aquas et  
 intraverunt regiones Occidentis et Ytaliam et optinuerunt magnam  
 Romam, Yliricum et Thesalonicam et Sardiniam, et dominati sunt ibi annis  
 30 LX et fecerunt quecumque // (f. 175v) voluerunt (infra, libro tertio capi-  
 tulo <<...>>).

#### 76. DE DINASTIIS THEBEORUM INCIDENTIA

Circa ista tempora in civitate dicta Thebis, que est in Egipto superiori,  
 ceperunt dynastie: est autem dynastia quidam status sive dignitas que dici-  
 tur summa potestas, sicut in Roma est imperium summa et alta potestas. Et,  
 5 ut habetur ex dictis Eusebii, in ista civitate Thebis iam transierunt XV  
 dinastie et inchoabat XVI<sup>a</sup> dinastia anno quo natus est Habraam. Et tunc  
 imperator Thebeorum, dictus Alis, congregavit exercitum CCCLXXX<sup>M</sup> et  
 intravit Egiptum; et duravit dominium Thebeorum in Egipto annis  
 CLXXX, qui fuit annus etatis Iacob XXX. Quere infra eodem libro capi-  
 10 tulo ultimo.

#### 77. DE PASTORIBUS INCIDENTIA

Eodem tempore ex partibus orientalibus exiverunt quidam pastores, viri  
 ignobiles, ex Ethiopia et Arabia, plus quam CCXL<sup>M</sup> et intraverunt Egiptum  
 inferiorem et optinuerunt civitatem Damiatam, et instituerunt sibi  
 5 regem qui dictus est Sualitis. Quere infra eodem libro capitulo LXXI.

Ex his colligitur, si quis voluerit dicta actorum salvare, vel quod circa  
 tempora dilluvii sint homines multiplicati divino miraculo, vel quod in  
 dilluvio multi fuerunt salvati; vel oportet dicta auctorum negare, quod esset  
 valde turpe.

## 78. DE ORTU DIVERSORUM REGNORUM

Facta divisione linguarum, partiti sunt homines per regiones et insulas, ubi proprias appellationes sibi fecerunt. Nam Nembroth optinuit Persidam, Camesses filius eius Ytaliam, Asur filius Sem condidit Ninivem in Mesopotania, Boemus Boemiam in Alemania, secundum Papiam. Et sic de multis aliis, de quibus per singula dicendum evenit. 5

## 79. DE CAMESSE FILIO NEMBROTH, QUI PRIMO INTRAVIT YTALIAM. ET DE IANO BICORPOREO ET DE CIVITATE ROMA

Nembroth rex Babilonis, recordatus verborum Ionithi astrologi de ortu quatuor regnorum terre et quod in Ytalia futura erat una civitas que dominaretur toti mundo et destrueret omnia imperia mundi, illuc pergere statuit et misit filium Camessem in Ytaliam ut in monte qui dicitur Pallatinus civitatem construeret, quam futuram esse dominam totius mundi sperabat. 5

Qui ratem ingressus, secundum Gothofredum Viterbiensem, intravit Ytaliam et in loco ubi nunc est Roma ellegit sibi sedem ubi construens civitatem ex suo nomine Camescenam appellavit. Ibi iuxta in monte Ianus Bicorporeus filius Iapheth civitatem aliam erexit, quam ex suo nomine Ianiculum nominavit: que monti suum nomen usque in presentem diem accomodavit. De istis duabus civitatibus, dicit Yginus ystoriographus sequens Protarchum Tralianum: «Ianus cum Camese eque indigena Ytaliam terram participatam possidebant, ut provintia diceretur Camescena et oppidum diceretur Ianiculum»; et duravit hoc nomen in provintia usque ad tempora Iani Greci et Saturni, qui totam Ytaliam dixerunt Gretiam Magnam. 10

Et quod ista civitas Camescena sive Roma fuerit per Babilonos constructa dicit Agustinus in libro De Civitate Dei: «Condita est urbs Roma velud altera Babilonia; et velud prioris Babilonie filia, // (*f. 176r*) per quam placuit Deo orbem debellare terrarum» et cetera. Hanc civitatem Camescen Saturnus Saturniam appellavit, Heraclides ait a quadam nobili femina dicta Romana hoc nomen Roma fuisse impositum, Evander ipsam Valentiam dixit, quam ultimo Romulus Romuleam numcupavit. Cuius ambitus continet miliaria XLII. Fuit autem constructa civitas Roma sub hoc nomine Camescen anno post linguarum confusionem XX, post dilluvium 25

78 - 4. Ninivem : Ninive B    79 - 13. de : et B



CXXI, mundi MVII<sup>C</sup>LXVII, anno ante Christi nativitatem <<...>>, anno  
 30 ante Troye destructionem <<...>>. Et secundum hoc patet quod fuit prior  
 et antiquior civitas que umquam fuerit constructa in Ytalia, et tamen est  
 satis nova sub hoc nomine Romulea.

Hec que dicta sunt de civitate Camesena confirmantur per illa que dicit  
Eustodius et habentur in libro qui dicitur Graphia Auree Urbis, ubi dicitur  
 quod Noe navigio intravit Ytaliam et venit ad Camesen indigenam, id est  
 35 habitatorem Ytalie: ergo Cameses intravit Ytaliam antequam Noe. Et Ben-  
zius in Croniciis refert hoc se invenisse in pluribus libris seu cronicis.

#### 80. DE CIVITATE IANICULO IUXTA ROMAM

Iuxta civitatem Camesenam sive Romam in quodam monte Ianus  
 Bicorporeus filius Yapheth construxit civitatem quam ex suo nomine Iani-  
 culum appellavit; que monti nomen suum accomodavit, qui dicitur mons  
 5 Ianiculus usque in presentem diem. De quo dicit Solinus qui dubitat Iani-  
 culum a Iano fuisse constructum. Papias dicit quod in Urbe trans Tyberim  
 est mons nomine Ianiculus, ubi nunc est ecclesia Sancti Iohannis ad Iani-  
 culum. Benzius refert quod Eustodius dicit quod Cameses et Ianus filius  
 Iapheth construxerunt palatium trans Tyberim quod dicitur Ianiculum. Et  
 10 reprobat ipse Benzius dicta Iacobi de Voragine exponentis dicta Solini de  
 civitate Ianua, quod illa civitas secundum Titulivium a principio non fuit  
 dicta Ianua sed Genua, ergo non fuit denominata a Iano sed potius a  
 Genuo.

#### 81. DE BOEMIA PROVINTIA QUE FUIT TERRA AMANZONUM

Eodem tempore secundum Papiam (scilicet post linguarum divisionem)  
 quidam princeps dictus Boemus, qui interfuerat constructioni turris Babel,  
 transiens per Ytaliam intravit Allamaniam et terram ultra Danubium inha-  
 5 bitans Boemiam nominavit.

Et in libro Ystorie Regni Boemitarum habetur: «Istud regnum a princi-  
 pio per Amanzones, id est mulieres, regebatur». Fuerunt autem tres sorores  
 regine in illo regno: una fuit astrorum peritissima, altera fuit herbarum

<sup>89</sup> 79 - 28. *spatium vacuum relictum (fere 6 litterarum) in B*    29. *spatium va-*  
*cuum relictum (fere 2 et 4 litterarum) in B*    80 - 6. Tyberim : Tybrim *B*

mirabilis prenostica, tertia fuit naturali prudentia pedita. Habito consilio inter se, cum essent virgines determinaverunt ut minor acciperet virum qui esset dux Boemie et de cetero terra regeretur per viros. Illa que erat maior et astrorum peritissima dixit quod perquireretur vir qui in agro araret in duabus vacis variis. Invenitur et stimulus eius floruit et, aductus, uxorem duxit et sotulares rusticanos in thesauro suo reposuit, ad sui et suorum successorum humilitatem, qui usque hodie in civitate dicta Praga gubernantur. Hec Crotonius.

Ex libro De Proprietatibus Rerum habetur quod provintia Boemia est in Mesia posita, auro et argento fecunda, planitie, vineis, arboribus aromaticis grata, diversarum // (f. 176v) ferarum generibus referta, fluminibus irrigua, ab Oriente habet Germaniam, cuius capud est civitas dicta Praga.

#### 82. DE RAGAU FILIO PHALECH ET DE PROVINTIA PERSARUM

Dilluvii sive etatis secunde anno CXXXV, mundi vero anno MVII<sup>C</sup>LXXVII, imperante Noe in civitate Thammon provintie Armenie, regnantibus Camese et Iano Bicorporeo in Ytalia, Phalech filius Sale anno etatis sue CXXX genuit Rau qui et Ragau, et vixit Phalech annis CCCCLXIII.

Isto tempore Nembroth gygas rex Babilonis, relicto regno Asiriorum in manibus Pontipi, transivit in Mesopotaniam ubi regnans civitatem construxit quam Edisam nominavit, que postea dicta fuit Rages, deinde dicta est Raxe. Item in Asia aliam condidit civitatem que dicta est Calamne: nunc vero dicitur Seulusia, cuius circuitus habuit LXXV stadiorum. Finaliter perrexit ad Persas, ubi factus rex Persarum docuit eos adorare ignem quasi deum, ut dicit Ymago Mundi.

In hac provintia primum orta est ars magyca: ibi enim omnes adorant solem, qui ipsorum lingua dicitur 'hel'. In hac provintia primo regnavit Elam filius Sem, a quo dicti sunt Elamite. Quidam autem rex Grecorum dictus Persius hanc provintiam occupavit et ex suo nomine Persidam nominavit. Deinde tempore Cyrri regis totius Orientis monarchiam tenuit CCXXXI annis. Inde transivit imperium ad Macedones in persona Alexandri Magni, qui superavit Darium Persarum regem.

Ex Libro Proprietatum Rerum: Provintia Persida posita est in Asia et

82 - 19. annis : anno B

extenditur ab Oriente usque ad Indiam et mare Rubrum, est latissima valde et populosa, lapidem pyritem gygnit. Nullus videt filios ante annos septem, ut dicit Valerius, ut parvulorum amissionem equiore animo sustineret.

### 83. GENERATIO BELLI ET NINI ET SEMIRAMIS

Post recessum Nembroth ad Persas regnavit, secundum Methodium, in regno Asiriorum Pontipus, unus ex filiis Cam, cui successit in regno rex Bellus, qui imperavit annis LXII, cui primo facta sunt sacrificia. Post Bellum regnavit Ninus filius eius annis LII, a quo civitas Ninive nomen asumpsit; cuius regni anno XLII natus fuit Habraam. Post Ninum regnavit Semiramis uxor eius annis XLII; hec condidit magnam Babiloniam et subiugavit Ethiopiam et Indiam. Cui succesit Ninivas, filius eius. Et duravit istud regnum annis MCLXIII, usque ad Sanadrapallum villisimum.

Secundum Benziun in Cronicis, ubi agit de exordio imperii Asyriorum, etatis Seruch proavi Habraee anno XXV Bellus Nerocites cepit regnare in Babilonia et regnavit annis XIII, deinde intravit Asyriam ubi regnavit annis XLII, et regnavit in universo annis LXVII vel LXII et mortuus est anno post dilluvium CLXIII.

### 84. DE SARUCH FILIO RAGAU ET DE REGNO SCITHARUM

Dilluvii sive etatis secunde anno CLXIII, mundi anno MVIII<sup>C</sup>XVIII, imperante Noe in civitate Thammon provintie Armenie, Rau sive Ragau filius Phalech factus annorum XXXII genuit Seruch, et vixit annis CCXXXVIII.

Isto tempore exortum est regnum Scitharum, ubi primo regnavit Magog filius Iapheth. De isto regno Scitharum dictum est supra, capitulo XVI, // (*f. 177r*) ubi agitur similiter de regno Amanzonum. Isto tempore secundum Sycardum constructa sunt templa et principes et reges gentium quasi dii adorari ceperunt.

### 85. DE TYRAS FILIO YAPHETH ET DE PROVINTIA TRATIA

Eodem tempore Tyras filius Iapheth intravit Europam et versus civitatem Constantinopolim et Hystrum fluvium inhabitans ex suo nomine totam

82 - 24. sustineret : sustinerent *B*    83 - 6. cuius : cui *B*    84 - 10. adorari : adorare *B*

provinciam Tratiam nominavit. Vicentius: Traces corporis magnitudine cunctos mortales excedunt, torvos habent oculos, vocem orribilem, C annis vivunt. Vino carent, habundant pomis, humanum sanguinem in ossibus capitum humanorum bibunt. Non curant mori, quia credunt animas defunctorum beatificari: unde mortuorum funere gaudiis et cantibus prosequuntur, in nativitate parvulorum plorant, uxor viri sepulture se iniecit. Regnum fatiunt ire per ellectionem (studentes totis viribus ne regnum fiat hereditarium), XL rectorum consilio regitur, si errat interficitur manu publica. Hec Vicentius et Solinus. 5 10

## 86. DE SCETHIM ET INSULA CYPRI

Hisdem temporibus quidam nomine Scithim filius Ione filii Iapheth, secundum Ysidorum, quandam insulam incoluit quam ex suo nomine Scithim appellavit, que nunc dicitur Cyprus. Cuius longitudo est CLXXXV<sup>M</sup> pasium, latitudo est CXXV<sup>M</sup>, eius metropolis est Nicosia, habundat vino, fructibus, fontibus et delitiis et divitiis. Ibi primo inventum fuit es. Ista insula dicta fuit Pamnon: que fuit consecrata dee Veneri et fuit prima insula que umquam fuerit inhabitata. 5

## 87. NOE IMPERATOR MUNDI VENIT IN EGIPTUM ET CONDIDIT DAMIATAM

Dilluvii sive etatis secunde anno CLXXXV, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>LXIII, etatis Sem regis Ierusalem anno CLXXXI, etatis Cham regis Africe anno CLXXX, etatis Iapheth anno CLXXXV, etatis mundi anno MVII<sup>C</sup>L, Noe magnus mundi inperator de civitate Thammon egressus intravit provinciam Egipti et pervenit ad terram quam ante dilluvium habitaverat, ut dicit Albu- mazar. Et secundum quosdam condidit civitatem que dicta fuit Menphis sive Damiate quam Ephasos filius Iovis rex Egipti, ut habetur in Ystoria Damiate, eam triplici muro cinxit in distantia a mari duabus leucis: murus medius habuit XXVIII turres et quelibet turris habuit tres testudines. Hic fuerunt optimi mathematici, hic primo fuit usus cartarum et magice artes viguerunt. Quidam dixerunt quod Apis deus Egiptiorum eam fundavit, quam Christiani ceperunt anno Domini MCCXVIII. Hanc filii Ysrael petierunt a Pharaone sibi dari tempore famis. 5 10

86 - 2. Ione, an Iove *legendum?* 4. insulam *add. B post Scithim : expunxi*

## 88. IAPHETH PERREXIT VERSUS ORIENS

Noe transeunte de Armenia in Egiptum, Iapheth filius eius versus Indiam profectus habitavit circa montem Caucasum sive Candidum, qui secundum Ysidorum porigitur usque ad montem Taurum. Et fuerunt cum  
 5 eo duo filii eius, scilicet Madeus, qui condidit Medos, et Ianus, qui genuit tres filios quorum primus dictus est Elysas, qui genuit Eloyos, populos Thesalie. Alter dictus est Tarsis, qui genuit Tarseos qui nunc sunt populi Cilitie, cuius // (f. 177r) metropolis est civitas Tarsus. Alter filius Iani dictus est Sce-  
 10 thim, a quo insula Cytheria sive Cyprus, de qua supra dictum est capitulo XV.

## 89. QUOD QUATUOR FUERUNT MULIERES DICTE MINERVE

Ex uno filiorum Noe nata est mulier que ab eventu dicta est Minerva. Ubi est sciendum quod, secundum Miletum, quod omnes viri fortes dicti sunt Hercules et omnes viri liberales dicti sunt Alexander: ita omnes  
 5 mulieres que fuerant inventrices alicuius artificii dicte sunt Minerve a prima inventrice artis texture et sirici, que dicta est Noemi sive Minerva. De qua habitum est supra, libro primo capitulo LXXV.

Et secundum hoc fuerunt plures Minerve: prima fuit ante dilluvium, de qua nunc dictum est. Secunda fuit dicta Minerva eo quod fuit prima inven-  
 10 trix post dilluvium artis olive, lini et serici. Et ista fuit virgo perpetua, dicta dea sapientie sive Palas, quia circa paludem Tritonie in Africa in habitu virginali aparuit. Item dicta est Athena: nam Minerva idem est quod Athena; unde civitas Athena ab ipsa nomen accepit. Et quia origo istius Minerve ignoratur et finis, dicitur immortalis: nam ‘min’ idem est quod ‘inmortalis’,  
 15 ‘erva’ idem est quod ‘mortalis’, quasi ‘non mortalis’. Tertia Minerva non fuit virgo, ymo fuit concubina Vulcani et filia Iovis et Iunonis, que nomen divinitatis usurpavit.

## 90. QUOD BELLUS REGNAVIT IN BABILONIA

Dilluvii sive etatis secunde anno CLXXXVIII, etatis Noe anno VI<sup>C</sup>LX-  
 VIII, etatis Sem imperatoris Ierusalem anno CLXXXIII, etatis Cham  
 5 regis Affrice anno CLXXXIII, etatis Iapheth regis civitatis Cosime anno CLXXVIII, etatis mundi MVII<sup>C</sup>LIII, Bellus pater Nini imperare cepit in Babilonia, ubi regnavit annis XXIII. Deinde intravit Asiriam – anno

videlicet post dilluvium CCI – et imperium Asiriorum optinuit, sed ibi modicum profecit. Et dicit Benzius quod ibi imperavit annis XLII: ex quo colligitur quod regnavit in universo annis LXV. Sed Ymago dicit quod omnes anni regni eius fuerunt tantum LXII. Huic primo facta sunt sacrificia, ut infra dicitur. 10

#### 91. QUOD NEMBROTH TRANSIVIT AD PERSAS

Eodem tempore, videlicet anno dilluvii CLXXXVIII, Nembroth gigas relicto regno Asyriorum in manibus Pontipi filii sui transivit ad Persas ubi regnavit et cetera. Quere supra capitulo <<...>>.

#### 92. QUOD PONTIPUS IMPERAVIT IN ASIRIA

Dilluvii sive etatis secunde anno supradicto (videlicet CLXXXVIII) concurrentibus supradictis concurrentiis, regnante Bello rege in Babilonia Mesopotanie, currente dynastia in Egipto, Pontipus supradictus, filius Nembroth gygantis regis Persarum, optinuit imperium Asiriorum annis XLII. Quo mortuo imperavit Bellus supradictus, rex Babilonis, frater eius. Quid autem fecerit hic Pontipus in regno sive imperio Asyriorum non invenitur. 5

#### 93. QUOD NEMBROTH DEMORGECON REGNAVIT IN CRETA

Dilluvii sive etatis secunde <anno> CLXXXX, etatis Noe regis Damiate anno VI<sup>C</sup>LXX, etatis Sem regis Yerusalem anno CLXXXXVI, etatis Cham regis Affrice anno CLXXXV, etatis Ia- // (*f. 178r*) -pheth regis Europe in civitate Chosima anno CLXXX, imperante Nembroth gigante in imperio Persarum, imperante Pontipo in imperio Assiriorum, imperante Bello in Babilonia Mesopotanie, currentibus dynastiis in Egipto, Nembroth Demorgecon filius Ierari cepit imperare in insula Cretensi. Hic fuit origo deorum. Generatio istius Nembroth habetur infra, capitulo <...>. 10

#### 94. QUOD CAMESSES REGNAVIT IN YTALIA

Eodem tempore sub eisdem concurrentiis principum et regum, Nembroth gygas imperator Persarum, doctus a Ionito astrologo de quatuor inpe-

<sup>98</sup> 93 - 2. anno *supplevi*

riis mundi et spetialiter de imperio Romanorum, misit filium suum Came-  
sem in Ytaliam et cetera. Quere supra, capitulo <<...>>.

95. GENUS DEORUM GENTILIUM, ET PRIMO DE DEMORGECON QUI ET NEMBROT FILIUS IERARI

Sicut habetur ex columpna templi Athenarum ubi geanologia deorum gentilium habetur inscripta Demorgegon, summus omnium deorum, omni  
carens origine, cognominatus Ophyn, fuit avus paternus Celii regis Cretensis. Et Gothofredus Viterbiensis in Cronicis dicit quod Nembroth filius Ierari fuit avus paternus Celii regis Cretensis. Ex quo manifeste colligitur quod Nembroth Ierari idem est quod Demorgegon Ophyn.

Hic genuit filium qui dictus est Cres sive Orion, qui genuit Celium qui et Omagona. Celius genuit quatuor filios et unam filiam. Nomina filiorum sunt hec: Oceanus, Saturnus, Focrus et Tytan. Filia dicta est Rea, que dicta Ops sive Terra. Hanc Ream duxit in uxorem Saturnus frater eius et genuit tres filios et totidem filias. Nomina filiorum sunt hec: Iupiter, Neptunus et Pluto. Nomina filiarum sunt hec, scilicet Iuno, Cereres et Vesta sive Vestalis, perpetua virgo. Unde Ovidius Pastorum:

Ex Ope Iunonem memorant Cereremque creatas  
tertia Saturni semine Vesta fuit.  
Iupiter astra, fretus Neptunus, tartara Pluto  
Regna paterna tenent, tres tria, quisque suum.

96. DE PRIMO REGE CRETENSI, QUI DICTUS EST SATURNUS

Demorgegon qui et Nembroth supradictus fuit primus rex qui in regno Cretensi (sive insula) leges et iura conscripsit, primo equestres turmas instruxit, primus sagitis et remis claruit, primus usum colligendi mel ex alvearibus adinvenit, primus post dilluvium stellarum cursus et temporum distinctiones indixit sive docuit: ideo deus temporis dictus fuit.

Hic duxit uxorem mulierem pulcerrimam que dicta fuit Telluris, dea Terre: de qua genuit filium qui dictus est Cres, a quo insula Cretensis denominata fuit. Item genuit tres filias que, eo quod essent filie dei temporis, tria

95 - 16. memorant : memorat *B* 19. tenent : tenet *B* 96 - 5. alvearibus : alvaribus *B*

tempora significant, scilicet presens, preteritum et futurum. Prima dicta est 10  
 Cloto, que tenet colum plenum lana implicata, et ista significat tempus futu-  
 rum, quia omnia futura sunt implicata et incerta. Secunda dicta est Thesis,  
 que habet fusum et filum circumductum et significat tempus preteritum,  
 quia preterita iam habentur. Tertia dicta est Antropos et ista inter digitos fila  
 connectit et significat tempus presens, quia presentia habentur pre manibus 15  
 et in oculis. Unde versus:

Cloto colum baiulat, Athesis a- // (f. 178v) -trahit, Antropos ocat  
 Prima dat ut fiat, iam digerit unde secunda.

97. DE SECUNDA UXORE DEMORGEON DICTA INFERNUS ET TRIBUS  
 FURIIS

Demorgeon qui et Nembroth filius Ierari duxit aliam uxorem (cui  
 nomen Infernus) et genuit filium qui dictus est Acheron, qui duxit uxorem 5  
 cui nomen erat Nox et genuit tres filias, que dicte sunt Furie infernales,  
 quarum nomina sunt hec: Alecto, Maiera et Tesifones. Hec depinguntur  
 habere serpentes in capite loco capilorum. Prima significat iram, secunda  
 avaritiam et tertia luxuriam: que tria quasi serpentes in animo hominis mul-  
 tas generant sollicitudines. De quibus omnibus habetur in subiecta figura.

[Figura 4]

98. DE VIII TYTANIS

Item rex Celius qui et Poris, cognominatus Omagona, rex insule Cre-  
 tentis, genuit filium qui dictus est Tytan. Hic Tytan secundum Papiam fuit  
 gygas permaximus in Gretia qui concubuit cum Terra, muliere pulcerrima,  
 et genuit VIII gigantes qui ex nomine patris dicti sunt tytanes gigan- // (f. 5  
 179r) -tes. Quorum nomina sunt hec, scilicet Busiris, Alomis, Encheladus,  
 Antheus, Typhon, Iapetus vel Sapedius, Ypirion et Philegias. Item genuit  
secundum Papiam Solem et Dyanam. Ex his, VIII gygantes tytanes, causa

96 - 11. colum : collum B 12. Thesis, recte Lachesis 14. Antropos, recte Atro-  
 pos 17. colum : collum B ~ Athesis, recte Lachesis 18. iam... unde B, sed in  
 ms. Berlin, Staatsbibliothek, Ham. 608 legitur rem digerit inde 97 - 6. depin-  
 guntur : depinguntur B 98 - 1. tytanis, recte tytanibus



10 Terre matris sue, contra deos arma sumpserunt: quos omnes deus Iupiter rex  
 Grecorum fulgure interfecit. Et quia Tytan pater eorum nec Sol nec Dyana  
 contra deos pugnare volluerunt, ideo currus celestes promeruerunt. Item  
 Sapetius, Tytan sextogenitus, genuit quatuor gygantes filios permaximos  
 quorum nomina sunt hec, scilicet Athlans, Promotheus, Hesperion et  
 Epymeteus, ut in subiecta patet figura.

[Figura 5]

99. DE QUATUOR EQUIS IN CURRU SOLIS, ET DE FETONTA FILIO SOLIS  
 ET DE YPERION ET DE XII VENTIS

5 Alter tytanus gygas dictus Yperion genuit Lunam et Solem, qui habet  
 quatuor equos, quorum nomina secundum Papiam sunt hec: Pyrois (id est  
 splendens) et Eus (id est calens) et Ethon (id est ardens) et Flegon (id est  
 tepens). Has enim naturas habet Sol, quia quando oritur splendet, postea  
 calet, tertio ardet, quarto tepet.

10 Filius Solis dictus est Circen, alter filius Solis dictus Pheton. Hic inscio  
 patre petiit eius currum, quem, cum conscendisset, terram exurit; propter  
 quod Iupiter eum in flumen Padi extinxit. Qua propter dictus est ille flu-  
 vius Eridanus et inter astra est collocatus. Cum sorores ipsum Pheton sub-  
 mersum plangerent, in populos mutate sunt et ex nomine fratris dicte sunt  
 Phetonciades.

15 Item Yperion supradictus genuit filium qui dictus est Osyris qui et Sem-  
 phyr, deus Egiptiorum. Hic secundum Papiam fuit gygas, qui duxit in  
 uxorem Ysidem de qua genuit Lycaona // (f. 179v) regem Gretie, qui  
 Iovem hospitio recepit; qui volens eius divinitatem experiri in lupum con-  
 versus est. Hic fuit pater Elycis (id est Urse Maioris) quam, cum Iupiter  
 adamasset, Iuno uxor Iovis ipsam in ursam convertit et Iupiter ipsam inter  
 20 astra collocavit. Item de Chesio sive Ceo natus est Pingmaleon, qui genuit  
 Asmeria; qui genuit Cerbarum, qui dictus est canis inferni, habens tria capi-  
 ta eo quod devoret hominem in tribus etatibus, scilicet infantia, iuventute  
 et senectute. Cerbarus genuit Dyristeum qui duxit uxorem que dicta est  
 Aurora, que fuit quedam dea aure sive ventorum, et fuit Palantis filia et  
 25 genuit XII filios totidem nomina ventorum optinentes. Quorum nomina

99 - 10. dictus *bis scriptum in B*

sunt hec, scilicet Subsolanus, Euronustus, Nothus, Auster, Africus, Zephyrus, Chorus, Cyrcius, Borreas pater Zechiri et Chelayni, Aquilo, Vulturnus, Eurus, Iustitia et Asteceydes.

[Figura 6]

IN MARGINE

Ubi est sciendum quod fuit alter dictus Apolo qui, secundum Agustinum, fuit filius Latone. Et quia ille Apolo dictus est Phebus, ideo Phebum Solem appellant Apollo auctores; tamen in veritate Sol numquam dictus fuit Apollo. Fuerunt autem duo Apollines: unus dictus est Apollo Delphicus, alter dictus est Apollo Latone, id est natus de Latona (quere ubi agitur de Latona infra, capitulo <<...>>). Similiter dicendum est de Luna, que fuit soror Solis, quia numquam habuit illa nomina que dicit Ysidorus (quere ubi supra). 30 35

C. DE PHLEGYA ET MINERVA

Item alter tytanus dictus Phlegias genuit Coroneum qui genuit Coronem matrem Eschilapii. Item Phlegias genuit Ysiona qui genuit XXV filios, qui omnes dicti sunt Centauri. Hic Ysiona fuit secretarius Iovis et voluit concubere cum Iunone: que ei nubem interposuit et nati sunt Centauri, qui sic dicti sunt quasi geniti in aura, vel eo quod primi in equis vellocissimis insidentes, dum flumine potarent equos, hoc nomen sortiti sunt. Ideo dicuntur quia superius sedet homo, inferius stat equus: unde fabulose dicti sunt homines et equi esse idem monstrum. Quorum nomina sunt hec, scilicet Periteus, Nesus, Nyleus, Eurus, Orneus, Merinus, Lyxidas, Dillanus, Demolion, Retus, Trineius, Riphien, Byaor, Phlegeus, Ypasus, Ypine, Licetus, Dictis, Chelops, Odycer, Clomu, Anphymatus, Dorus, Doronus, Alixius, Petius, Dynphibus, Euridipilus, Cenius, Ynereus, Dyschos, Meriperos, Dipen, Follus, Abeus. Hic finitur geanologia Athlantis gygantis. 5 10

[Figura 7]

99 - 27. Zechiri vix legitur in B

// (f. 180v) CI. GENERATIO SATURNI, QUI ABSCIDIT VIRILIA PATRI ET NATA EST VENUS MAIOR

Item Celius rex Cretensis, dictus Poris, genuit filiam que dicta est Estua: quam carnaliter cognoscens genuit filium qui dictus est Saturnus, rex  
 5 Ytalie. Videns pater suum scelus manifestari, iusit puerum in nemus ad bestias proyci: quem ursa lactavit. Postea proiectus fuit in mare et unda ad litus proiecit: quem aves pascebant. Postea iusit proyci in via publica per quam equi et animalia transire consueverunt, sed nullum animal ipsum tetigit. Sed una cerva ipsum lactavit et ipsum tamquam filium per nemora  
 10 conduxit: qui est cervis velotior in cursu. Cum autem laquearibus fuisset cum aliis cervis innodatus et patri presentatus, pater ipsum ex fatie cognovit: quem, ut vidit deorum voluntatem, ipsum sibi regno heredem instituit.

Qui docuit militares clipeos portare, numos cudere, terram arare et seminare: unde a satiendo dictus est Saturnus (qui proprio nomine dictus est Aberides, quod idem est ‘Saturnus’ secundum Papiam). Cognoscens Saturnus, rex factus Cretensis, mala que sibi pater suus intullerat, ipsi genitalia abscidit; unde secundum Ysidorum dictus est Cellum sive Cellius, quia sicut non in celo sic nec de homine enucho aliquid oritur. In hac castratione, dum sanguis in mare decurreret, facta est spuma de qua nata est Venus  
 15 Magna, de qua natus est filius qui dictus est Cupido.

[Figura 8]

CII. DE NACHOR ET DUOBUS BELLIS, QUI AMBO DICTI SUNT SATURNI

Dilluvii sive etatis secunde anno CLXXXIII, anno mundi MVIII<sup>C</sup>XLVIII, imperante Noe in Egipto in civitate Menphis, Saruch anno etatis sue XXX genuit Nachor, et vixit Saruch annis CXXX. Isto tempore secundum  
 5 Ysidorum regnum Egiptiorum exoritur; de quo regno et proprietatibus provintie Egipti habitu est supra capitulo XV<sup>o</sup>.

Isto tempore, scilicet anno XXII Seruch proavi Habrae, secundum Sycardum post dilluvium anno CCI, Bellus Nembroth Nini pater regnavit in Babilonia annis XXIII, deinde intravit in Asyriam ubi regnavit annis  
 10 XLII; regnavit autem in universo annis LXV. Unde aliqui ponunt quod regnum Asyriorum ortum habuit sub Bello; aliqui dicunt quod sub Asur

101 - 10. laquearibus, recte laqueis

filio Sem, ut habetur supra capitulo XXIII.

Mortuo Bello Ninus filius eius, dolens de morte patris, ymaginem pulcherrimam ei fecit et omnibus reis et latronibus ipsam adorantibus impunitatem concessit, propter quod ei sunt exhibiti divini honores. Ab hoc ydolo dicto idolum Belli alia idola traxerunt sua nomina, ut Bel, Baal, Baalim et cetera. Fuit autem secundum Magistrum alter Bellus, rex Cretensis, qui dictus est Saturnus; Ysidorus vero dicit ubi agitur de diis gentium quod Bellus pater Nini rex Asyriorum dictus est Saturnus. 15

### CIII. QUOD BELLUS OPTINUIT IMPERIUM ASYRIORUM ET THUBAL INTRAVIT YSPANIAM

Dilluvii sive etatis secunde anno CCI, etatis Noe regnantis in Ytalia in civitate Noecha anno VI<sup>C</sup>LXXX, etatis Sem regis Ierusalem anno CCVII, etatis Cham regis Africe anno CLXXXVI, etatis // (f. 181r) 5 Iapheth regis Cosime civitatis Europe anno CLXXXVIII, etatis mundi anno MVII<sup>C</sup>LXVI, imperante Nembroth in regno Persarum, regnante Thanao in regno Scitharum, regnante Ionitho astrologo in regno sive provintia Ethan in regione Solis, regnante Camesce in Ytalia in civitate Camesena sive Roma, Bellus Nembroth, filius Nembroth rex Babilonie, inde egressus 10 intravit Asyriam et expulso inde rege Pontipo fratre suo imperator Asyriorum factus est, ubi imperavit annis XLII. Hic in Asyriorum regno parum profecit et genuit filium qui dictus est Ninus, qui imperavit post ipsum in imperio Assyriorum.

Isto tempore Thubal filius Yapheth optinuit regnum Yspanie, deinde 15 regnum Ytalie in parte; unde dicit Ysidorus quod Thubal genuit Yspanos et Ytalos. Hic Thubal genuit filium qui regnavit super filios Yapheth tempore constructionis turris Babel. Item genuit alium filium qui dictus est Yanus Subres, qui in Ytalia condidit civitatem quam suo nomine appellavit Subriam, que nunc dicitur Mediolanum. 20

### CIII. NOE INTRAVIT YTALIAM CUM IANO BYFRONTE FILIO SUO

Dilluvii sive etatis secunde anno CLXXXVIII, mundi anno MVIII<sup>C</sup>-LXII, cum Cameses filius Nembroth gigantis regnaret in civitate dicta Camesen ubi nunc est Roma, et tota Ytalia diceretur provintia Camesena (ut supra dictum est capitulo XXXIII), Noe mundi dominus et imperator 5

exiens de Menphyn civitate Egipti intravit Ytaliā. Unde Eustodius et habetur in libro qui dicitur Graphya Auree Urbis quod Noe, cum aliquibus ratem ingressus, venit in Ytaliā et non longe ab illo loco ubi nunc est Roma civitatem construxit sui nominis, in qua et laboris et vite terminum dedit.

10

Ianus vero filius ipsius Noe una cum Iano filio Iapheth nepote suo et Camese indigena (id est habitatore illius loci) civitatem construens Ianiculum, regnum accepit. Hic cum iam dicto Ianiculo Camese apud Transtyberim palatium construxit quod Ianiculum appellavit, in eo loco ubi nunc est ecclesia Sancti Iohannis ad Ianiculum sita.

15

Eo tempore Nembroth qui et Saturnus, per Iovem filium suum eunuchatus, ad predicti Iani regnum pervenit eiusque iuvamen fultus construxit civitatem ubi nunc est Capitolium. Hisdem quoque temporibus Ytalicus rex ad Ianum et Saturnum cum Syracusanis construxit civitatem iuxta fluvium Albulam, qui nunc dicitur Tyberis. Et dicit Varro quod Hercules filius eius cum Argivis veniens construxit sub Capitolio civitatem quam nominavit Valleriam. Post hec quidam rex dictus Tyberis, ab Oriente cum gente sua exiens, intravit Ytaliā et iuxta fluvium civitatem construxit que dicta est Tyberis, que nomen suum fluvio acomodavit.

20

25

Et Benzius dicit in Cronicis, ubi agitur de egressu Noe de archa, quod Noe navem ingressus intravit Ytaliā et non longe ab illo loco ubi nunc est Roma civitatem construxit quam ex suo nomine Noecha apellavit; et vidit ex se natos XXIII<sup>M</sup> virorum et centum plus preter feminas et parvulos, quorum duces et principes secundum Phylo fuerunt Sem, Cham et Yapheth. Idem quoque Benzius, ubi agitur de constructione civitatis Mediolani, multorum dicta referendo sic ait: «Noe, conscensa rate una cum filio suo Iano Byfronte et alio Iano Bicornoreo filio Yapheth, cum maxima populorum multitudine in Ytaliā transiens venit ad Camesem filium Nembroth gygantis, qui pa- // (f. 181v) -tris mandato iam transfretaverat et ubi nunc est Roma ellegerat sibi sedem». Audiverat enim Nembroth ab Ynan filio Noe sive a Ionitho cunctas mundi monarchias sub Ytalico imperio annullari et construendam fore civitatem in Ytalia que erat futura domina mundi. Noe autem, cum ibi venisset, iuxta locum ubi nunc est Roma civitatem construxit ex suo nomine, ubi vite sue terminum dedit, ubi

30

35

104 - 31. conscensa : consensa *B*

regnauerat annis CLII. Ianus vero Byfrons filius eius in monte Pallatino civitatem construxit et Ianiculum appellavit, adiunctis secum alio Iano et iam dicto Camesse regnum accepit. Et Iacobus de Voragine dicit in Cronica sua quod Nembroth gigas, dominandi cupidus, filios suos in Ytalia destinavit, quorum alii cum navibus, alii cum ratibus Ytalia sunt ingressi. Quere supra capitulo <...>. 40 45

#### CV. DE MORTE NOE ET EIUS SEPULCRO ET DE REGNO IAPHETH

Noe imperator totius orbis anno etatis sue VIII<sup>C</sup>, anno post dilluvium CCCL, anno etatis Habraee LII, cum regnasset in Ytalia annis CLII, videns se morti propinquum, ut habetur ex libro Bede, vocavit ad se filium suum Yapheth et ait: «Vide, filii, quod instet dies mortis mee: fac michi sepulcrum marmoreum ex utraque parte foramina habentem, ex inde stent manus mee extra sepulcrum extense et vacue, in signum quod dominus fui mundi et nichil de mundo attulli». Mortuo Noe Iapheth regnavit pro ipso et cum patre suo in Ytalia mortuus fuit tumulatus. De morte Noe habetur supra capitulo tertio; de morte Yapheth capitulo <<...>>. 5 10

#### CVI. DE PROVINTIA YTALIA ET THUSCIA

Provincia autem ubi regnavit Noe et Cameses et Ianus et alii ex posteris eius tunc temporis dicebatur provincia Camesena, ut supra dictum est capitulo <<...>>; nunc autem dicitur Ytalia. Licet Roma non sit in aliqua provincia, quia totus mundus fuit eius provincia, tamen secundum Benziium nunc dicitur esse in fine provincie Thuscie. Est autem dicta Thusia, sicut habetur ex libro De Proprietatibus Rerum, a thure quia consueti erant in exequiis mortuorum thura cremare; similiter et matri deorum thus incendebant. Est autem terra montuosa, satis fortis, sana, fertilis, valde habundat croco et flumine Arno pretereunti fecundatur. Ibi fontes calidi, homines prudentissimi et, altissimorum montium muro circumdata, inter Mediolanensem Lyguriam et Romanorum fines situata, condam dicta Emilia. Et continet civitates, scilicet Florentiam, Pisas, Senas, Lucam, Urbem Veterem, Aretium, Turchonam, Perusium et Asisium. 5 10

106 - 11-12. Mediolanensem : mediolanem B

## CVII. ISTI SUNT QUI PRIMO INTRAVERUNT YTALIAM PER DUAS VICES

Nomina autem illorum qui primo intraverunt Ytaliā et primitus circa partes ubi nunc est Roma civitates construxerunt, ut habetur ex predictis, fuerunt hec, scilicet Noe cum duobus filiis, scilicet Iapheth et Yanus  
 5 Byfrons. Item duo filii Yapheth, scilicet Thubal et Ianus Bycorporeus (de Thubal natus est Ianus Subres rex Mediolanensis). Item Nembroth gygas cum duobus filiis, scilicet Camese et Ytalo, qui secundum Gothofredum Viterbiensem dictus fuit Ytalus Iullius. De Ytalo natus fuit Hercules, qui dic-  
 10 tus est Hercules Argivus, de quo nati sunt duo filii, scilicet Sardinus // (f. 182r) rex Sardinie et Cyrenen rex Corsice, sicut in subiecta patet figura.

[Figura 9]

## CVIII. YTALUS REX CYCLOPUM ET DE INSULA SICILIA

Eo tempore quo Noe intravit Ytaliā Ytalicus sive Ytalus Iulius, filius Nembroth, cum gygantibus Cyclopis venit in insulam Sicilie, quam primus inhabitavit, ubi factus rex longo tempore ibidem regnavit. Post quem  
 5 regnavit Erigenes filius Saturni, ad quem venit Eneas. Benzius autem dicit in Cronica quod insulam Siciliam primo tenuerunt Cyclopes, quos inde expulit Coccilus rex, et cum sit ceteris terris feracior semper fuit tamen tyrampnorum nutrix. Hec primo ab Ytalo rege dicta est Ytalia, a tribus mon-  
 10 tibus Trinaclia, nunc autem comuni nomine dicitur Sicilia, a rege Siculo sic denominata; similiter a Sicano rege Sycania est appellata.

De ista insula dicit Eutropius quod habuit CL civitates, quarum capud est Syracusana civitas. Salustius autem dicit quod condam fuit terre coniuncta sed maris fluctibus separata; habet autem in ambitu stadiorum tria milia. Solinus: Post Troyanum bellum diu Sycanus rex cum Hyberorum  
 15 exercitu magno nomen insule dedit, deinde Siculus Neptuni filius insule nomen suum acomodavit. Confluxerunt etiam multi Corinthorum, Argivorum, Iliensium sive Troyanorum et Dorensium, inter quos fuit Dedalus, fabrice artis magister. Isti insule inest mons Ethna, qui continua eructat incendia. Hic primo inventa est comedia. Gygnit achadem lapidem,  
 20 coraliū, aurum et sales argenterios, ibi est ignis, sulphur et spiritus procel-

108 - 3. Cyclopis, *recte* Cyclopibus 13. maris : mari *B*

larum. Homines, secundum quod dicit Petrus Blesensis, sunt proditores, infideles et amici sophystici.

CVIII. DE THUBAL FILIO IAPHETH ET DE PROVINTIA YSPANIA

Tunc temporis, scilicet quando hee civitates in Ytalia conderentur, Thubal filius Yapheth, qui secundum Ysidorum genuit Yspanos et Ytalos, de Armenia egressus intravit provintiam Yspanie, quam primus incolluit. Hec dicta est Yberia secundum Sycardum, deinde Yspania. A Septentrione clauditur Pyreneis montibus, a reliquis // (f. 182v) partibus in modum insule mari cyngitur. Habundat tritico, oleo, vino, auro, gemmis et metallis. Homines habet bellicosos, equos veloces, aerem temperatum. Annis X Romanorum exercitus diversis bellis fatigavit, Almugarem imperatorem superavit, cum Scipionibus sepius dimicavit. Et dicit Iustinus quod non potuit per Romanos domari donec Octavianus Agustus ipsam redegit in provintiam.

In Yspania Ulteriore secundum Varronem eque vento concipiunt, id est equos tam veloces generant quod merito a vento concepti esse videantur. In illa parte Yspanie que ex insulis constat regnavit rex Gerio, quem Hercules ex Asia profectus superavit, eius gregis pulcritudine ac fama alectus. Continet Yspania provintias sex, scilicet Terraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, Gallitiam, Bethicam et Tingintanam.

CX. DE THARE PATRE HABRAAM ET DE PROVINTIA SICIONIA SIVE ARCHADIA

Dilluvii sive etatis secunde anno CCXXII, mundi anno MVIII<sup>C</sup>LXXXVIII, imperante Noe in partibus circa Romam, Nachor anno etatis sue XXX genuit Thare, et vixit Nachor annis CCXLVIII. Isto tempore secundum Ysidorum exortum est regnum Sicciniurum, a rege Siccinio sic dictum. Ibi enim primo regnavit rex Agyleus, qui civitatem condidit quam Agyleam nominavit (que nunc dicitur civitas Penelope, a quodam rege qui dictus est Penelopen), unde primo provintia dicta est Agylea. Hos Archas rex, filius Iovis et Calisto, subiugavit et provintiam ex suo nomine Archadiam apellavit, deinde dicta est Sicionia, a Sicione rege dicta. Hii populi dicti sunt Pelasgi secundum Ysidorum, eo quod verno tempore velis expansis

109 - 7. gemmis : gemis *B*    110 - 9. hos : his *B*    12. velis : vellis *B*



in Ytaliam advenerunt et primi in Latium litteras atullerunt. Secundum sententiam Grecorum Pellasgi nati sunt ex Iove et Larissa. In hac provintia  
 15 gignitur lapis abeston et merule nive candidiores.

CXI. DE NINO IMPERATORE ASYRIORUM ET TRABETA REGE TREVERENSI

Tunc temporis secundum Ysidorum regnum Asyriorum sub Nino exortum est. Secundum Benzium exortum satis ante, qui dicit anno mundi  
 5 MVIII<sup>C</sup>XXVI, post dilluvium anno CLXIII, anno ante nativitatem Habraee XLII, anno ante Urbem conditam secundum Eusebium <...>, anno ante Christi Nativitatem secundum Agustinum MVIII<sup>C</sup>LII, Ninus imperator Asyriorum, mortuo patre suo Bello Nembrotite, imperavit in Asyria annis LII. Hic secundum Gothofredum Viterbiensem genuit filium  
 10 qui dictus est Trabeta, qui in Allamaniam condidit civitatem quam ex nomine suo Treverim appellavit. Postea duxit uxorem Semiramis, filiam Saturni regis Grecorum, de qua genuit filium qui dictus est Ninivas sive Zameis. Ab isto Nino regnum Asyriorum exortum esse dicitur non quod ibi primus regnaverit, sed <quod> primus bellis ad gentes finitimas claruerit.

Usque ad eius tempora populi non tenebantur legibus, mos erat plus imperia tueri quam proferre, nulla ambitio vel dominandi ambitio inerat, nullus vicinis sed longinquis bella intulit. Hic autem Ninus gentibus novum modum vivendi docuit, quia primo proximos et vicinos populos armis perdomuit: totam Asiam (que est tertia pars mundi) excepta India superavit, LII  
 20 annis vitam cruentam duxit, Scithas perdomuit, civitatem Ninive ampliavit. Per manus // (f. 183r) Tharre patris Habraee XXX numos sculpiri fecit, quibus Christus venditus fuit. Cum Zoroastre rege Bactrie (qui fuit Cam filius Noe) nigromantico bello campestri conflixit ipsumque interfecit, ut supra dictum capitulo VI<sup>o</sup>. Hic in regione Asiriorum construxit civitatem  
 25 (sive ampliavit) quam ex suo nomine Ninive appellavit, que dicta est secundum Sycardum Nisibis sive Ninscia, de qua supra dictum est capitulo <...>.

Moriens hic Ninus filium suum parvulum dereliquit, qui dictus est Ninias, cum Semiramide matre eius. Hec, cum vidisset Trabetam privignum  
 30 suum velle regnare, insidias mortis ei undique paravit; quam fugiens cum

III - 14. quod *supplevi*

magno exercitu intravit inde in Alamaniam perrexit ibique civitatem construxit quam ex suo nomine Treverim nominavit, que est civitas Gallie Belgice, sicut dicit Gothofredus Viterbiensis in libro qui dicitur Memoria Seculorum.

#### 112. DE CIVITATE TREVERI

Treveris civitas magna, quam Detius Magnus Ausonius ponit eam in loco septimo inter mundi urbes nobiliores. Eius antistes est archiepiscopus et imperatoris cancellarius et unus ex VII electoribus qui habent eligere imperatorem. Hanc fundavit Trabeta supradictus anno ante Urbem conditam MCC, ut refert Benzius in Cronicis. De hac civitate habetur libro tertio capitulo VI. 5

#### 113. DE GALLIA BELGICA ET QUOD TRES SUNT GALLIE

Ad intellectum que sit Gallia Belgica ubi est civitas Treverensis est sciendum quod Iulius Cesar et Plinius dicunt tres esse Gallias. Prima dicitur Gallia Belgica, ubi plebs non difert a servis; sunt tamen studiosi de astris, de mundi mensuris, de naturis rerum, de immortalitate deorum. Equites sunt fortes, audaces, in bellis contra Germanos continui. Habet civitates quarum nomina sunt hec, scilicet Colonia, Tungris, Treveris, Metis, Mediomatricum, Remis, Laudunus, Suesionis, Viromandus, Belluacus, Atrabatum, Lingonis et Pagus Helveticorum, quem nunc incollunt Alamani. Hec Gallia Belgica, ut habetur in Libro de Ymagine Mundi, surgit a monte Iovis et finitur in mari Britanico, prius dicta Franconia, a Franchone rege denominata. Secundum aliquos ista Galia dividitur, quia pars eius dicitur Franzia, in qua est Parisius. 5 10

#### 114. DE GALIA CELTICA SIVE LUGDONENSI ET MEDIOLANO

Galia Celtica idem est quod Galia Lugdonensis, et dicitur in Libro de Ymagine Mundi quod ob longas comas Galia Comata dicta fuit. Et dicit Amonius quod habet civitates, quarum nomina sunt hec: Lugdunum, Cabilonis, Hendua, Altisiodorus, Meldis, Trechas, Parisius, Carnotum, Gennabus (ubi nunc est Aurilianis), Rothomagus, Ebroas, Oximus, Cynomanus, Luxovium, Namnetis, Redonis, Venetus, Ambricatina, Andequam et Andengavis, Turonis, Nivedunus (quam quidam Venernis computant) et Byturica, quam 5

111 - 31. intravit... perrexit, sic in B

10 Orosius ad Galiam Aquitaniam pertinere dicit. Sunt insuper in Galia Celtica sive Lugdunensi due precipue civitates, scilicet Agustudunus, quam Iullius Cesar nominat Heduum, que tante fuit potentie quod auxilio Romanorum totam fere Galliam subiugavit. Altera civitas precipua fuit Senonis, que Romam obsedit et optinuit. Hanc Brugondiones ocupaverunt Galiam, unde Brugondia dicta est. Hii autem Galli Cel- // (f. 183v) -tici  
15 construxerunt vel amplificaverunt Mediolanum.

#### 115. DE GALIA AQUITANIA

Galia Aquitania dicitur eo quod ceteris provinciis habundet aquis et diversis fluminibus. In hac sunt civitates Narbona, Arumpna (id est 'clarus mons'), Cadnix, Tollosa, Gavabis, Runthonus, Lemonis, Petragorica,  
5 Pictavis, Burdegallis, Secondia et Emgolisma. Has tres Galias Franci occupaverunt et in duas diviserunt, quarum una dicitur Austria, altera dicitur Neustria (id est Nortmania).

#### 116. DE GALIA CYSALPINA, QUE NUNC DICITUR YTALIA UBI SUNT VII GALIE

Galia Cysalpina dicta est illa provincia que est citra Alpes: nam Galli Celtici intrantes Mediolanum et totam provinciam occupantes, occisis masculis feminas duxerunt uxores et procreati sunt filii qui habitu, lingua et moribus paternos actus inimitati facti sunt Galli purissimi et provincia dicta est Gallia Cisalpina. Et continebat in se provincias sex Ytalie, sub diverso tamen cognomine: prima dicta est Galia Cenomanensis, in qua sunt Brixia, Cremona et Mantua; unde dicit glosa Benzii quod Galli has habitaverunt  
10 civitates nomen prestinum retinentes. Secunda dicta est Galia Senonensis et continet Veronam et Veromanum, Senas, Senogallium et Senogalias. Et isti Senonenses, postea dicti Sengalenses (de quibus loquitur Tytulivius), multa prelia comiserunt cum Romanis; qui postea, post CC annos, ex adventu Breni Senogallensis quam plurimum roborati fuerunt. Et dicit Tytuslivius  
15 quod Senones iuvenes recentissimi tenuerunt a flumine Lolio usque ad Athesim. Sed Benzius dicit quod continet Veronam et a flumine Abuthen usque ad fluvium Esyn. Tertia dicta est Galia Boyorum, a Gallis Boiis egressis de Franchia Orientali, et isti Gali Boii condiderunt civitatem quam ex suo nomine Bobium nominaverunt. Unde sicut colligitur ex dictis Tytuli-

vii ista Galia est inter Padum et Trebiam. Quarta dicta est Galia Lygurum 20  
 et continet Taurinum, Agutam, Secundiam et Yporrigiam et montes Sabau-  
 die; unde dicit Papias quod Ligures sunt qui habitant loca frigida et aspera  
 in montibus, prelati Sabaudie. Quinta dicta est Gallia Insubrium et continet  
 Mediolanum, Cumas, Papiam, Laude, Novariam et Vercellas; et dicta est  
 Gallia Insubrium a civitate Subria, que nunc dicitur Mediolanum. Sexta 25  
 dicta est Galia Genua, a civitate eius nominis que nunc dicitur Ianua, et  
 continet Tertonam, Alexandriam, Ianuam, Sagonam, Albiganam. Que nunc  
 dicitur provintia Alpiscotia sive Marchia Ianuensis. Videtur etiam quod  
 Romandiola dicta sit Galia, quia dicit Eutropius quod Romani condiderunt  
 civitatem Ariminum in Galia. De hiis omnibus civitatibus et provintiis 30  
 loquitur Tytuslivius, dicens: «Galli habitantes Galiam Transalpinam intrave-  
 runt Ytaliam et eam maximis et plurimis provintiis possidere et latius quam  
 alii solum finium Asye preocupavere; Gallorum autem nomen quod semper  
 Romanos preterruit, et illos Galos qui habitant Asyam licet situ distent, ori-  
 ginem vero et virtutem et genus pugne ydem habere certum est». 35

#### 117. GENERATIO HABRAE IN GENERALI

Dilluvii sive etatis secunde anno <<...>>, mundi anno MVIII<sup>C</sup>XLVIII,  
 imperante Noe in Ytalia circa partes ubi nunc est Roma, Thare, existens in  
 Ur civitate Caldeorum // (*f. 184r*), factus annorum LXV genuit Abraam,  
 Nacor et Aram. Hic Aram genuit Loth et Iescham (que et Sarray) et 5  
 Melcham. Thare dedit <Melcha> in uxorem ipsi Nachor et Sarray dedit in  
 uxorem Habrae. Videns autem Habraam quod Sarray uxor sua esset sterilis  
 adoptavit in filium Loth, fratrem uxoris sue.

Aram primogenitus Thare mortuus est in terra nativitatis sue, dicta Ur  
 Caldeorum [vel est nomen ignis]. Thare videns filium suum mortuum, ut 10  
 quidam dixerunt in igne extinctum, habuit hodie totam provintiam Calde-  
 orum unde, asumptis filiis et nepotibus, statuit peregrinari in terra Canaan  
 et pervenit ad civitatem que dicitur Haram vel Charam (et est in provintia  
 Mesopotanie, que sita est inter duo flumina, scilicet Tygris et Eufrates).

116 - 29. quia : qui *B* 32-33. quam alii *B*, fortasse recte aliquantum iuxta *Iustinum*  
 (*XXXVIII 4*) 117 - 2. *spatium vacuum relictum (fere 5 litterarum) in B*  
 6. Melcha *supplevi*

15       Tempore Thare secundum Sycardum mortuus est Bellus rex Asyriorum,  
 cui successit Ninus filius eius, ut supra dictum est capitulo XXXVII. Apud  
 Sicinios regnabat Agyleus, unde provincia dicta est Agylea (que nunc dici-  
 tur Peloponis) de qua supra dictum est capitulo LXI. Apud Egiptios The-  
 20       bei dynastiam, id est summam potestatem, statuerunt. Generatio Thare  
habetur in subiecta figura.

[Figura 10]

#### 118. INCIDENTIA DE CIVITATE RAVENA

Eodem tempore, scilicet post dilluvium <anno> CCXXII, ante nativi-  
 tatem Habraee anno LXXVIII, ante conditam urbem Mediolanum anno  
 CLXXVIII, mundi autem anno MVIII<sup>C</sup>LXXXVIII, civitas Ravena con-  
 5       struitur, sicut dicit Athlans phylosophus in Cronicis. Sed Richobaldus Fe-  
riariensis, ut habetur in codicibus ecclesie Ravenatis: Ista civitas fuit con-  
 structa tempore Heber, qui fuit quintus in generatione Noe, ante Urbem  
 conditam MVII<sup>C</sup>- // (*f. 184v*)-XLV, ante Christi Nativitatem MMCCC-  
 LXXXVII, anno ante nativitatem Habrae CCCCLXXXII, anno post dil-  
 10       luvium CCCCLII. Sed quis construxerit eam non habetur.

Iacobus de Voragine in Cronicis dicit quod filii Nembroth in ratibus et  
 navibus impellente vento contrario per ora maris Venetiarum in ripa maris  
 passi sunt naufragium. Ibi habitaverunt et civitatem construentes Ravenam  
 appellaverunt a ratibus et navibus confractis et vento impellente. In aliqui-  
 15       bus cronicis habetur quod Noe ipsam construxit quando primo intravit  
 Ytaliam. Athlans in Cronicis dicit quod fuit Thubal filius Iapheth qui  
 iam dudum in Yspania regnaverat et intrans Ytaliam construxit Ravenam. Et  
 concordat cum Ysidoro, qui dicit quod Thubal filius Yapheth genuit  
 Yspanos et Ytalos. Hic Thubal genuit filium qui dictus est Ianus Subres, qui  
 20       in processu temporis construxit Mediolanum, ut infra dicitur. Benzius in  
 Cronicis dicit quod Ravena, civitas vetustissima, condita est in provincia  
 Flamminea, que nunc dicitur Romandiola. Eius antiquitas exprimitur in  
 eius sigillo, ubi sic est scriptum:

Urbis antique sigillum summe Ravene.

118 - 2. anno *supplevi*   6. codicibus : codibus *B* ~ Ravenatis : Ravenantis *B*

Et dicit Ricobaldus in Cronica sua quod Theudoricus rex Ytalie ibi ad  
 sui ipsius ymaginem construxit statuam que dicitur Rezsolium: et est unus 25  
 equus erreus fusilis et deauratus cui insidebat eques ereus qui una manu freno  
 equm regebat, alteram manum tenebat extensam, et unus pes equi a catulo  
 tenebatur erectus, et fuit locata ista statua in ponte australi Ravene. Et in  
 pontificali ecclexie Ravene habetur quod Karulus Magnus hanc statuam 30  
 propter sui pulcritudinem in Franchiam portare voluit, sed quando fuit  
 Papie propter pondus ultra montes portari non potuit, unde Papie ipsam  
 dimisit. Et dicit Benzius quod, licet Ravena fuerit antiquissima et nobilissi-  
 ma, hodie habitatoribus apparet vacua, sola antiquitate illustris.

119. UTRUM RAVENA FUERIT ANTIQUA. ET HABETUR QUOMODO CIVI-  
 TAS DICITUR ANTIQUA RECTE

Queritur utrum civitas Ravena fuerit ita antiqua sicut comuniter dicitur.  
 Et videtur quod sic: dicit enim Ricobaldus Ferariensis in Cronicis quod 5  
 Ravena fuit constructa tempore Heber, qui fuit sextus in linea Noe. In  
 contrarium est Benzius in Cronicis, qui dicit quod nullus actor authenticus  
 de eius antiquitate aliquid scripsit. Circa istam questionem est sciendum  
 quod de antiquitate alicuius civitatis possumus loqui tripliciter: primo modo  
 dicitur civitas construi ex intentione; secundo modo ab eventu; tertio modo  
 usurpative. 10

De primo est sciendum quod civitas dicitur construi ex intentione quan-  
 do, acceptis auguriis aut vulturum aut suis aut olive aut fontis vel aliquid  
 huius, assumpto per astrolabium ascendente fortunato, iunctis sub iugo vaca  
 et thauro vel tygride et leone, aliquis princeps in circulo aut quadro funda-  
 menta ponit et nomen imponit. Et sic construxit Dido Carthaginem, 15  
 Romulus Romam, Ianus Subres Subriam sive Mediolanum et Aschanius  
 Albam. Et isto modo civitas aliqua accepit sue antiquitatis primordia et tunc  
 proprie et vere dicitur constructa.

Secundo modo civitas dicitur facta non ex intentione sed ab eventu, ut  
 si cadit de equo aut navis frangitur in litore habitatur ille locus, nulla facta 20  
 solempnitate, et facit ibi domum unam vel plures de frondibus; postea ipsam  
 dereliquit. Et tunc non dicitur civitas fundari, sed ad // (f. 185r) tempus  
 inhabitari. Et isto modo fuerunt constructe Venetia et Ianua et plures civi-

25 tates super mare propter naufragium, et ex tali habitatione civitas non potest  
dici antiqua que facta preter intentionem et per consequens non potest dici  
civitas quia secundum Phylosophum ad civitatem est impetus naturalis, sed  
in talibus non fuit impetus naturalis, ymo contra naturam et preter inten-  
tionem. Ergo non possunt dici antique, quia eodem modo pastiforia in  
montibus possent dici civitates, licet vero sint etiam villissime ville. Tertio  
30 modo dicitur civitas facta usurpative, scilicet quando aliquis rex intrat ali-  
quam civitatem et secundum nomen suum civitas incipit appellari; et istud  
continue videmus fieri.

Non civitas Ravenna inter antiquas civitates debet connumerari. Ad argu-  
mentum est dicendum quod illa verba sunt omnino falsa et impossibilia,  
35 quod sic probatur: inter dilluvium et nativitatem Habraee fuerunt anni  
CCLXXXII; si ergo Ravenna fuit constructa ante nativitatem Habraee per  
annos CCCCLXXXII, sequeretur quod fuit constructa ante dilluvium per  
annos CLXXXX. Quod non potest stare, quia dicit quod fuit constructa  
40 tempore Heber (qui fuit quintus vel sextus in linea Noe) qui natus fuit post  
dilluvium anno LX. Et sic ista positio Ricobaldi est omnino impossibilis vel  
potest dici quod fuit vitium scriptoris. Unde ipse postea dixit quod Rave-  
na fuit constructa anno post dilluvium CCCCLII, quia Habraam iam erat  
etatis annorum CLX. Et sic fuit constructa post Mediolanum per annos  
LX.

#### 120. QUE FUERUNT PRIME CIVITATES IN YTALIA

Hic videamus aliquid de ordine civitatum Ytalie quantum ad antiqui-  
tates. Et est dicendum quod prima et antiquior civitas Ytalie fuit Roma sub  
hoc nomine Cameses, sicut supra dictum est eodem libro capitulo XXX-  
5 III. Secunda fuit civitas Ianicula iuxta Romam, de qua habetur ubi supra.  
Tertia dicta est Noecha, de qua supra dictum est eodem libro capitulo LV.  
Deinde Ciclopes intraverunt insulam Sicilie. Deinde ab eventu fuit habita-  
tus locus ubi nunc est Ravenna, sed non fuit propter hoc constructa. Dein-  
de Mediolanum, ut habetur infra, libro tertio capitulo VIII. Postea per  
10 annos LX Ravenna fuit ex intentione fundata, deinde Ianua ab eventu, pos-  
tea Mantua. Deinde intraverunt quatuor populi et construxerunt multas

119 - 25. preter : propter *B* 27. preter : propter *B* 29. sint : sit *B* 30. quan-  
do : quam *B* 41. scriptoris : striptoris *B* 120 - 4. supra *add. B* post est : *expunxi*

civitates, sicut habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. Deinde Troya fuit destructa prima vice et tunc fuerunt constructe civitates Brimonia sive Cremona, Placentia, Brixia, Lunus et plures alie, de quibus habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. Postea Troya fuit destructa secunda vice et fuerunt constructe civitates Verona et plures alie, de quibus habetur infra eodem libro capitulo <<...>>. Et sic de ceteris civitatibus, sicut per ordinem inferius patet. 15

#### 121. DE EXORDIO REGNI EGIPTIORUM ET DINASTIIS IPSORUM

Hic, antequam ad generationem Habraee accedamus, ponemus aliquid de dynastiis Egiptiorum, que in geanologiis Habraee sepius nominantur. Ubi est sciendum, sicut dicit Eusebius in Cronicis et refert Benzius ubi agit de exordio regni Egiptiorum, quod in Egipto primo regnaverunt heroas (id est dii) numero V: primus dictus est heroas Festus // (f. 185v) qui regnavit annis V<sup>C</sup>LXXX, secundus Sol heroas annis LXXV, tertius Sosinosiris annis CCCXXX, quartus Orontoliarchus heroas annis XXVIII; quintus Typhon heroas annis XLV. Deinde Amosis annis LXXXII, postea Apion annis LXVII. Per istos enim quinque deos et duos alios reges regnatum est in Egipto annis MCCC et aliquid plus. Sed isti supradicti reges non potuerunt regnare ante Habraam, quia inter dilluvium et nativitatem Habraee secundum Hebraycam veritatem non fluxerunt nisi CCC anni minus VIII; unde aliqui sunt autumati quod V reges dicti heroas sive dii regnaverunt in Egipto ante dilluvium. Et hanc credo esse veriolem oppinionem et maxime quia Eusebius non dicit quod regnaverunt, sed dicit se sic invenisse in libris antiquissimis Egiptiorum. 5 10 15

#### 122. DE PASTORIBUS QUI IMPERAVERUNT IN EGIPTO

Iosephus in libro Contra Apionem et Manetheon, genere Egiptius, de supradictis regibus nullam fatientes mentionem dicunt quod in Egipto erant multi principes et populus multus valde. Et in partibus orientalibus, in Arabia et Ethyopia, viri quidam ignobiles et animalium pastores congregati sibi unum regem prefece- 5 runt, cui nomen Alitis. Et habuit virorum armatorum CCXL<sup>M</sup> et invasit Egiptum, et civitates redegit in collonias et in civitate Damia- ta se comunivit et regnavit annis XVIII. Postea rex Benon

121- 14. autumati quod : antumaci qui B



10 annis XLVIII; postea rex Apaschos annis XXXVI cum dimedio postea rex  
 Aposis annis LXI; postea rex Samias annis L et mense uno; postea rex Ases  
 annis XLVIII et mensibus sex. Et omnes supradicti reges cognominati sunt  
 'seos', id est pastores, et regnaverunt super Egiptum annis V<sup>C</sup> et XI. Sed nec  
 15 istud potest stare, quia non fuerunt nisi anni CCC minus VIII inter dillu-  
 vium et nativitatem Habraee et precipue quia ponitur quod ante istorum  
 regum adventum in Egipto erant multi principes et populus multus: unde  
 fuit necesse multos cucurrisse annos ante ipsorum regum adventum.

### 123. DE IMPERIO REGIS ALIS

Item Manetheon in Cronicis dicit quod in civitate Thebayda  
 Egipti – que C portis ereis fuit firmata, ubi natus fuit beatus Mauritius cum  
 legeone Thebeorum – quod in illa civitate que est in superiore Egipto iam  
 5 currebat XVI<sup>a</sup> dynastia (id est summum imperium) et tunc quidam rex ci-  
 vilitatis Thebayde dictus Alis cum multitudine armatorum CCCCLXXX<sup>M</sup>  
 intravit inferiorem Egiptum et expulit supradictos pastores de civitate  
 Damiata, et fugit ipsorum rex dictus Ases pastor cum CCXL<sup>M</sup> et per-  
 rererunt in Iudeam, que nunc dicitur Terra Sancta, et construxerunt civi-  
 10 tatem Yerusalem.

Tunc rex Alis optinuit imperium Egipti et imperare ceperunt anno quo  
 natus est Habraam, anno Nini regis Assiriorum et Semiramidis uxoris sue  
 XLIII, et regnaverunt Thebei in Egipto inferiore annis CLXXXX, qui fuit  
 15 annus etatis Iacob et Esau XXX. Et tunc ceperunt imperare Pharaones,  
 quorum primus dictus est <<...>>. Sed nec ista istoria stare potest, quia si  
 ponimus ante imperium Alis Thebei pastores, qui regnaverunt ante nativi-  
 tatem Habrae annis V<sup>C</sup>XI, ergo ante dilluvium imperare ceperunt per annos  
 CCXX vel id circa, quod non potest stare. // (f. 186r) Si ponamus quod  
 20 pastores ceperunt imperare in civitate Damiata aliquo tempore et Thebei in  
 civitate Thebis, quomodo pastores habuerunt tempore nativitatis Habraee  
 (quo tempore iterum vivebat Noe) CCXL<sup>M</sup> virorum exceptis mulieribus  
 et parvulis, et ipso eodem tempore Thebei habuerunt CCCCLXXX<sup>M</sup>  
 virorum armatorum, qui fatiunt VIII<sup>CM</sup> virorum et XX<sup>M</sup> plus, cum dicatur  
 quod Noe vidit ex se natos XXIIII<sup>M</sup> et istud reputetur maximum mirabile?

122 - 9. dimedio : dimedimedio B    15. principes : prinpes B    123 - 14. annus :  
 annis B    15. *spatium vacuum relictum (fere 13 vel 14 litterarum) in B*

Certe ista non videntur consona veritati et contradicere tot et tantis actolibus non est securum, vel oportet ponere quod in dilluvio multi salvati sunt; et hoc si quis ponat omnia clara sunt. Quere supra, libro primo capitulo <...>. 25




Figura 1




Figura 2




Figura 3




Figura 4




Figura 5



Figura 6






Figura 7




Figura 8




Figura 9




Figura 10